


SEGMENTA

EX EPISTOLIS PAVLI, PETRI, Iacobi, & Ioannis, Necnon ex prophetis quæ in re diuina leguntur per anni circulum; tam in diebus Dominicis q̃ in sanctorum festis & pro festis. Quibus Antonius Nebrissen. adiecit gramma= tica quædã scholia non contemnenda.

APVD INCLYTAM GARNATAM MENSE FEBRVARIO D. XXXV.

CVM PRIVILEGIO.

AD PERQVAM REVERENDVM AC Proinde Illustrissimum Dominum, D. Ioannem Fonsecam Episcopum Burgensem; atque Archiepiscopum Rosaneñ., &c. Antonii Nebrissensis Regii Historiographi in Epistolas; quæ per annum in Ecclesia leguntur.

Prefacio.

ARnaldus Guillelmus Brocarius amplitudinis tuæ cliens adiuratus; admonuit me: vt epistolas Pauli atque prophetias; quę per omnes grammaticorum scholas enarrari consueuerunt: quod ad orthographiam pertinet; castigarem: quodque ad enucleãdos sensus conducit: pungerem dispungeremque: atque omnia cæsa quæ plerũque reperiuntur confusa: colo & comate distinguerem. Addidit pręterea vt huius laboris mei rationem Dignationi tuæ potissimum redderem: quãdo ad censuram tuam pertinet: & quas disciplinas esse in tam numeroso clero: & quales quemque addiscere: & quousque oportet: decernere. Ego vero qui non alterius cuiusquã nominis recordatione magis delector quam tui: & quod homini de me præclare merito nihil potui denegare: suscepi prouinciã hanc non tam opinor honorificam quam onerosam. Sed illud imprimis hoc in loco præfandũ est: quod quem modũ nulli sunt in vsu ecclesiastico libri frequentiores: quam ex veteri testamento regis Dauid psalteriũ: & ex nouo epistolæ Pauli: ita nulli difficiliores. Alter propter linguæ iampridem obsoletæ antiquitatem: alter propter linguę grecæ in qua scripsit ignorationem. cui accessit alia ex latino interprete difficultas: Et ne quis calũnietur me quod de Paulo dixi: subiiciam Hieronymi verba ex epistola ad Algasiam: tractantis illud ex epistola ad Colossenses. Nemo vos superet in humilitate mentis. Quod crebro (inquit) diximus: & si imperitus sermone non tamẽ scientia: nequaquam Paulum de humilitate: sed etiam de conscientię veritate dixisse etiam nunc approbamus. Profundos enim & reconditos sensus linguam non explicat. Et cum ipse sentiat quid loquatur: in alienas aures puro non potest transferre sermone: quem cum in vernacula lingua habebat disertissimum: quippe vt hebręus; & ad

pedes eruditus Gamalielis viri in lege doctissimi: seipsum interpretari cupiens inuoluitur. Si autem in græca lingua hoc ei accidit: quod nutrit⁹ in Tharso ciliciea prima ætate imbiberat; quid de latinis dicemus: qui verbum ex verbo exprimere conantes obscuriores faciũt eius sententias: & velut herbis crescẽtibus frugum strangulãt vbertatem? Et quod in eadem epistola subdit: quę sunt rationem quidem habentia sapientiæ. Hoc ait in loco; quidem; cõiunctio superflua est: quod in plerisq; locis propter imperitam artis grammaticæ Apostolum fecisse reperimus. Neq; enim sequitur; sed; vel alia coniunctio: quæ solet vbi quidem positum fuerat respondere. Nam quidem plerumq; aduersatiua reperitur. Hęc hieronymus: quę sunt a me tam multis repetita: vt ostenderem multo maioris esse negocij hoc opus: quam quod a grammaticis tractari debeat. Ad duas superiores quas Hieronymus enumerat difficultates: accessit tertia: quam induxerunt illi: qui ex veteris ac noui instrumẽti libris diuini cultus officia ordinarunt addentes; mutilantes; mutantes; inuertẽtes prototyporum verba. Vt quod in ipso statim initio epistolæ quę legitur in dominica prima aduentus. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. In græco vnde & epistola venit ad latinos: sic ad verbum est. & hoc scimus sciẽtes tempus quod hora est. Et reliqua. Manifestum est adiectum esse fratres: sed repetitum a superioribus. detractum tempus. Et quia: positum pro q; . Sed hæc vtcũq; tolerabilia: quia non mutatur sententia: illud nulla ratione excusabile. q; feria quarta sequẽte ex Esaia propheta legitur: quia completa est malicia eius. Nam pro malicia velint nolint vitilitigatores isti: legendũ dum est militia: quod in hebræo est. Sed hæc & huiusmodi alio tempore disputabũtur cõmodius. Nunc in hac tui nominis præfatione tantũ lectorẽ admonem⁹: nihil nos mutasse ex eo qđ in voluminib⁹ castigatis habeẽ etiã si cõtra artis grãmaticę pręcepta scriptũ repiaẽ: ad moniti autoritate Quintiliani oratoriarũ istitutionũ libro primo: vbi de vetustate. quędam inquit sunt: que mutare vetat religio: & consecratis vtendum est. Sed plura feci quam quæ amicus ille me⁹ idemq; tuus familiaris exigebat. Neq; enim tãtum cæsa; colo; comateq; distinxi: singulisq; dictionib⁹ orthographiam suam acõmodaui: sed & quædam scholia glossulasq; adiunxi: atq; locos quosdã obscuriores audacius paraphrasi verti. Hæc amplitudini tuæ narraui: non quo putem puerilia hæc ad te pertinere: sed vt studiorum meorum ratio tibi vnico honoris mei amplificatori constet. Vale.

Argumentum Epiſtolarum.

DEcẽ epiſtolas Paul⁹ ad diuerſas eccleſias ſcripſit. Ad Romanos vnã. Ad Corinthios duas. Ad Galatas. vnam. Ad Epheſios vnam. Ad Philipenſes vnam. Ad coloſſenſes vnam. Ad Theſſalonienſes duas. Ad hebræos vnam. Romani notiores ſunt. quam vt in preſentiarum de illis quicquam dici debeat: ad quos ſcribit ex corintho. Corinthij habitabant vrbem illam clariſſimam totius Achaiæ: qua parte Pelopõneſſus per Iſthmon græce annectitur. Ad hos ſcribit ex Epheſo epiſtolã primã. Secũdam vero ex troade. Galatę populi ſunt habitãtes Galatiã regionem: quæ prius gallogræcia dicebatur. Ad hos ſcribit ex Epheſo. Epheſij vrbem habitant nobilliſſimã Ioniæ ſiue Aſiæ minoris, vt in principio Apocalypſios legitur. Ad hos ſcribit ex vrbe Roma: cũ eſſet in carcere per Tichicum diaconẽ. Philippẽſes vrbẽ habitant Mecedonię philippos ſic appellatã a Philippo Macedonũ rege atq; magni Alexandri patre. Ad hos ſcribit ex vrbe roma cum eſſet in carcere. Coloſſenſes vrbẽ habitãt Aſiæ proprie dictę coloſſi: nõ vt quidã inerudite dicũt Rhodi inſulæ: propterea quod in illa fuit coloſſus memorabilis Apollini dedicat⁹: atq; alij cẽtũ minores coloſſi atq; ex illis dictos Colloſſenſes: ſed quẽadmodũ Hieronym⁹ ſcribit: Aſiani ſunt: atq; Loadiceę finitimi. Coloſſorũ vrbis meminit Plini⁹ libro. xxxv. naturalis hiſtorię. In coloſſis inquit; flumen eſt in quo lateres deiecti lapides extrahũtur. Ad hos ab Epheſo ſcribit iam ligatus per Tichicum diaconẽ & Oneſimũ acolytũ. Theſſalonicenſes vrbẽ habitant Macedoniæ Theſſalonicam in ora maritima ſinus macedonici ſitã. Hebręi dicti ſunt nõ ab heber (vt aliqui putauerũt) ſed ab Abraam hebræo ſic cognominato poſtea quam veniẽs in terram Chanaam pertranſijt Euphratren. Heber nanq; græce interpretatur perotes: latine tranſitor. Poſtea appellati iudæi a iudæa regione quę duas tribus complectebatur iudæ & beniamin. Ad hos ſcribit apoſtolus (ſi modo eius eſt epiſtola) quæ inſcribitur ad hebræos: ſiue aliunde in in familiam illius aſcita. Sunt & quattuor eiuſdem apoſtoli priuatim ad diſcipulos ſcriptę. Ad Thimotheum duæ. Ad Titum Chretæ inſulæ preſulẽ vna. Ad Philemonẽ item vna. Sunt præterea alię ſeptẽ epiſtolæ; quæ dicuntur canonicę. Iacobi vna. Petri duæ. Ioãnis tres. Iudæ vna: de quibus nihil attinet in præſentiarum dicere.

¶ Dominica pri[illegible] aduentu domini: in quo leguntur epistolę Pauli & prophetiæ ex Esai[illegible] quibus fit mentio triplicis aduẽtus dñi: scilicet cotidiani per gratiam. Annui per solemnitatẽ temporalis generationis. Extremi iudicij: quo viui & mortui sunt iudicandi.

Incipit libellus epistolarum in quo continentur omnes epistolæ & prophetiæ quæ cãtãtur in ecclesia ꝑ anni circulum. Incipiendo a prima dominica aduentus vsq; in eãdem dominicam.

Dominica prima aduentus. Epistola beati Pauli ad Romanos. Cap. xiij.

FRatres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere: nũc enim propior est nostra salus quam cũ credidimus. Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus. Non in cubilibus & impudicitijs. Non in contemptione & ęmulatione: sed induimini dominum iesum christum.

FRatres scientes. Segmentum hoc ex epistola Pauli ad Romanos translatũ ẽ cap. xiij. ĩ quo postea quam exhoratus est illos ad obedientiam principum & ad proximi dilectionem infert. Sciẽtes tempus. Sic enim in græco legitur & subauditur simꝰ. nam apud hebręos & gręcos freq̃nter: apud latinos quoq; nonnunq̃ sum es fui supprimitur. Quia hora est. Quia ꝓ quod posuit: quod in sacris litteris frequenter legitur: sed perperã: vt est illud. Scitis quia post biduũ pascha fiet. quia: nõ reddit causam: sed coniũctio tantum simplex est. De somno surgere. Metaphora est vł potiꝰ allegoria: sicut q̃ sequũtur. nox dies. lux. tenebrę. sunt quoq; antitheta. i. cõtraposita. Proprior. Pro eo qđ est ꝓpinquior a prope. gręce ꝓpius nos est salus. vt sit propius prępositio, sed idem est sensus. Quam cum credidi. Ante aduentum christi. nam quod credidimus tũc: iam cernimus. Induamur arma. Ex speciali significatu verbi induo. alioqui nullum verbum passiuum nisi figurate construitur cum accusatiuo. Sicut in die. In græco vna particula est sicut videlicet, sic aut tanq̃. Nõ in cõmessationibus. i. cõuiuijs. vel potius compotatiobus post cœnam ad multã noctem. De comessationibus Aristoteles multa in politicis. In cubilibus & impudicitijs. Per endiadin in lectis impudicis: & est annaphora: qm̃ ter, non, particula reperitur & dialitõ, quia subtrahitur coniunctio. Induimini dominum iesum. Sic in alio loco induite nouũ hominem.

Feria. iiij. Esaię ꝓphetę. Cap. xl.

COnsolamini cõsolamini populus meꝰ: dicit dominꝰ deus vester. Loquimini

¶ Feria quarta eiusdem hebdomadę.

HEc dicit dominus deus. Consolamini. &c. Segmentũ ex Esaia ꝓpheta cap. xl. Nam postea quã in superioribus denunciauit peccatorum punitionem: hic subiungit iustorum consolationem: dicens: Con

solamini.&c. Cōsolamini in voce passiua,ab eo qđ ... olo.as. Varro in œdipo.ꝑ idē tēpus œdipus athenas exul venire dicel... qui cōsolaret:& est epizeusis.i. eiusdē verbi subiunctio. vt Cicero veni... veniet illa dies. Popule meus.qa nomē est collectiuū cū verbo plurali iungit. & meus in vocatiuo posuit ꝓ mi: queadmodū & lucan9 in.ij.dixit. Degener ó populus:& Vergilius.Fluui9 regnator aquarꝝ. Loquimini Græcū ad sacerdotes refert. Loquimini ad cor. Metaphorę species a parte corpis ad animū. vnde cōcordes & discordes dicti. Cōpleta est malicia. Mēdū inexcusabile mutatione vni9 lr̄æ malicia ꝓ militia etiā refragrātib9 libris recētiorib9. nā antiqui oēs ad vnū habent militia: ꝓ quo in hebręo Sabaoth.i.exercit9 legit, hoc ē militia i illa significatiotione:de qua in Iob militia est vita hoīs sup terrā:in gręco tapinosis. i.humiliatio ē ꝓ militia, vt nullo mō relinquat locus malicię.Duplicia.qa maiora sunt data bonaq̄ fuerūt mala. Vox clamātis.participiū ꝑ qđ hebræi supplēt pn̄tē idicatiui quo carēt. subaudi iēdūq̄ v̄bū ē & ē allegoria q̄ itelligēda ē etiā in sensu litterali de Ioāne baptista,vł omniū euāgelistarū testimonio. Mōs & collis differūt:qa mōtes sunt perpetui:& colles intercisi aut separati in tumorē surgētes. Praua.i.a rectitudine distorta & obliqua. In directa.i. in rectitudinem reducta. Gl'ia dn̄i.i. verbū humanitati cōiunctū. Omnis caro.i.hō,vt sit pars ꝓ toto. Quod.s. verbū. Locutū ē sub.ꝑ ꝓphetas de illius aduētu. Vox dicētis:vt supra vox clamātis. Omnis caro. Hęc est p̄dicatio Baptistæ de hominis fragilitate:& verbi incarnati cū p̄re & spū sancto æternitate. Fœnū in hebręo herba simplicit' est:fœnū & flos translatiōes sunt. Spūs.i.ventus a deo missus alioqui spūs dn̄i oīa creat & renouat:vt inq̄t psalmograph9.& Verg. Spūs int9alit.

ad cor Ierusalem & vocate eam. quoniā cōpleta est malicia eius: dimissa est iniquitas illius. suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamātis in deserto: parate viam domini rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Om̄is vallis exaltabitur:& omnis mons & collis humiliabit: & erunt praua in directa: & aspera in vias planas. Et reuellabitur gloria domini:& videbit om̄is caro pariter quod os domini locutum est. Vox dicentis. Clama. Et dixit. Quid clamabo? Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatū est fœnum & cecidit flos: quia spiritus domini insufflauit in eo. Vere fœnū est populus: exiccatum est fœnum: & cecidit flos: verbum autē domini manet in æternum.

Fer. vi. Esaiæ prophetę. Cap. xlij.

HAec dicit dominus deus. Ecce seruus meus suscipiam eū: electus meus con

¶ Fer. vi. eiusdē heb.

ECce seru9 meus. Ex eodē Esaia cap. xlij. Vbi postea q̄ ostēdit dilectionē dei, ad populū iudaicū ex collatis i eū bn̄ficijs:hic ostēdit illud idē ex filio quē illi misit:nā de xp̄o debere intelligi & nō de Cyro Persarꝝ rege etiā hebręorꝝ plęriq̄ testant. Ecce seru9. subaudi ē adest: nō vt grāmatistę qdā dicunt: qđ ponit absolute. Et ecce seru9 đ re iprouisa dr̄. Suscipiā eū. qa nata diuina suscepit hūanā,& qđ semel assūpsit nūq̄ dimisit. Electus meus. iterū subaudi adest.

Cōplacuit in illo. ſic in Luc. iij. in te cōplacuit mihi: & ē dictū ex idiomate hebraico: ꝓ mihi places. Spm̄ meū dedi. Eſa. lxi. Spūs dñi ſuꝑ me: eo q̄d vn⸗ xerit me. vñ xp̄s. Iudiciū ꝓfert. vñ Ioā. v. Pr̄ oē iudiciū dedit filio: non cla mabit. i. nō erit clamoſ9 nec cōtētioſ9 nec q̄rul9. nō accipiet pſonā. i. nō erit acceptor pſonaꝝ. Calamū q̄ſſatū nō cōteret. ſed poti9 cōſolidabit. Lignū

placuit ſibi in illo aīa mea. Dedi ſpūm meū ſuꝑ eū: iudiciū gētibus ꝓfert. Nō clamabit: nec cōtendet: nec accipiet pſonā: nec audiet vox ei9 foris: calamū quaſſatū nō cōteret: & lignū fumigās nō extīguet. In veritate edu cet iudiciū. Nō erit triſtis: nec turbulēt9: do nec ponā in terra iudiciū: & legē ei9. īſulę ex pectabūt. Hęc dicit dñs deus creās cœlos & extēdēs eos: firmāſt errā: & q̄ germināt ex eā: dans flatū pplō q eſt ſuꝑ rerrā: & ſpm̄ cal cātib9 eā. Ego dñs vocaui te in iuſticia: & ap p̄hēdi manū tuā; & ſeruaui te: & dedi te ī fœ dus ppl̄i in lucē gētiū: vt apires oc̄los cęcoꝝ & educeres de cōcluſione vinc̄tū: & de do mo carceris ſedētes ī tenebris. Ego dñs: hoc eſt nomē meū. Gl̄iam meā alteri nō dabo: & laudē meā ſculptilib9. Quę prima fuerūt ecce venerūt: noua quoq; ego annūciabo: anteq̄ orianī audita vobis faciā. Cātate dñm canticū nouū. Laus ei9 ab extremis terræ: qui deſcenditis in mare: & plenitudo ei9: in ſulę & habitatores eaꝝ. Letet̄ deſertū & ci uitates ei9 ī domib9 habitabit cedar. Laudate eū habitatores petrę: d̄ vertice mōtiū clama būt. Ponēt dño gl̄iam: & laudē ei9 in inſulis nūciabūt. Dñs ſicut fortis egrediet̄: & ſicut vir pręliator ſuſcitabit cœlū. Vociferabitur & clamabit; ſuꝑ inimicos ſuos confortabit̄.

fumi nō exti. ſed poti9 ac cendet. Educet iudiciū. i. vere iudicabit. Non erit tri. nec tur. ſed tranq̄llo: & ſereno vl̄tu. Donec po nat. & poſtea multo mi n9. vt Pſal̄. cix. Donec po nā inīcos tuos. Inſulę. nō ſolū orbis cōtinētis inco lę: ſed īſularū. &c̄. Creās i. q oīa hęc facio & poſſū q̄q; filiū mittere. Et extē dēs eos. iuxta illd̄ p̄s. ciij. Extēdēs cœlū ſicut pellē. Dās flatū & ſpm̄. i. aīam: & vitā. Ego dñs vocaui te. v̄ba ſunt pr̄is ad filiū. In fœdus. i. vt ſis media⸗ tor int̄ me & hoīes. In lu cē. gē. i. gētiliū. Lu. ij. Lu⸗ mē ad reuelationē gētiū. De cōcluſiōe. i. de carcere pc̄ti & mortis. Ego dñs In hebręo hoc in loco eſt nomē illud ineffabile te⸗ tragrāmatō. i. q̄ttuor lr̄a rū. Et laudē. repete nō da bo. q̄a deus zelotip9 eſt q nō patit̄ in hoc cōſortē. Quæ prima lex Moſis. Noua anūciabo. v̄bi in⸗ carnationē. Hiere. xxxi. Creauit dñs nouū ſuper terrā: fœmina circūdabit virū. Anteq̄ oriāt̄. i. fiāt. Audita faciāt. i. audietis per ꝓphetas. Cātate. gra tiarū actio ē ꝓ tāto bñfi⸗ cio accepto aut accipiēdo. ab extremis. i. a ſolis ortu vſq; ad occaſū. deſcēdi tis ī mare. rec̄ti9 cōſcēditis. Verg. eñ. Cōſcēdi nauib9 ęquor. Et plenitudo ei9. ſ. maris cātet. vt in cātico. Bñdicite maria & flumina dño &c̄. Letet̄ de⸗ ſertū. i. ext̄ret q̄le illd̄ ē. Mōtes ext̄tauerūt vt arietes. In domib9 cedar. regio eſt Arabię, dicta ab vno ex. xij. filijs Iſmael: de q̄ in p̄s. Habitaui cū habitā⸗ tib9 cedar. Habitabit ſub meſſias: de quo hic agit̄. Habitatores petrę. q̄ ciui tas q̄q; ē Arabię in t̄ra Edō ab Aſſirijs dicta Receñ. vñ Arabię petrę nomē

Clamabūt.s. habitatores petrę. Dn̄s sicut. i. exurget in sceleratꝛꝝ vltionē.

¶ Dominica secunda aduentus.

FRatres. Quæcūq;. Ex epistola ad Romanos. Cap. xv. Hæc clausula ex superiori pendet: nam dixerat supra validos infirmoꝝ imbecillitates debere tolerare: sicut & chr̄s multa perpessus est, citat̄ illud ex psalmo. lxiij. Opprobria exprobrātium tibi ceciderūt sup me, & sequit̄: operui in ieiunio animā meam. & deinde subdit rōnem ei9 quod dixit neminē debere sibi placere: sed imitari christū: quia quæcūq; eis scripta sūt &c. & suppressit eīm particulā: reddens causam: qm̄ nō potuit illud cuius causam reddebat. In verbis tamē cōsecrationis nō supprimit: quia reddit causam eius qđ sacerdos opaturus p̄dixerat hoc est eīm corp9 meū. Vt per patiētiam. i. expectationē: nā hypomene est expectatio ab hypomeneo quod est expecto vel sustineo. Scripturarū. i. eoꝝ quæ scripta sunt. Deus patiētiæ. i. qui dat patiētiam. Et solatij. Cur mutauit verbū patiētię in solatiū cum vtrobiq; sit in græco paraclesis: cū solatiū, & cōsolatio differāt? Idipm̄ sapere: p idē ex figura græca dicit̄ nō latinæ. In alterutrū. inuicē siue mutuo dicēdum fuit: nō in alterutrum quod significat alterum e duobus quod velis. Suscipite inuicem. s. validi infirmos. Suscepit vos. quia infirmitates nostras ipse tulit: & dolores nr̄os ipse portauit. Ministrū circūcisionis. i. iudaismi: quia venit p pter oues quæ perierūt de domo isrl̄. Propter veritatē. i. vt ea quæ facta est repromissio: adimpleret ex iusticia: sed gentes. hoc est gētiles ꝑpter mīam: sed sup posuit p eo quod est ꝑpter. de vocatione aūt gētium plena est sacra scriptura: sed hic Paulus quosdā locos ponit Psal. xvij. ꝑpterea cōfitebor tibi in gētib9. Aeditio cōmunis habet in natiōib9 qđ idem est. & ex Psal. Lętamini gētes cum plębe ei9. & ex Psal. cxvi. Laudate dn̄m omnes gētes. Esa. ca. xi. in die (inquit) illa radix iessæ. in eū gētes sperabūt: siue vt trāslatio hebraica habet. cum gentes deprecabūtur. & pro eo quod græci dicūt iesse: hebræi dicunt isai: ex causa nobis aliubi assignata. Deus autem. more suo Paulus bene pręcatur credentibus.

Dn̄ica. ij. Pauli ad Romrnos. Ca. xv.

FRratres. Quæcūq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt; vt per patiētiā & cōsolotionē scripturarū spem habeamus. Deus aūt patiētiæ & solatij det vobis idip̄m sapere in alterutrū scd̄m Iesum xp̄m; vt vnanimes vno ore honorificetis deū & patrem dn̄i nr̄i Iesu xp̄i. Propter quod suscipite inuicē sicut & chr̄s suscepit vos in honorē dei. Dico aūt Iesum christū ministrū fuisse circūcisiōis; ꝑpter veritatē dei ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū. Gentes aūt super mīa honorare deum; sicut scriptū est. Propterea cōfitebor tibi in gentib9; & nomini tuo cantabo. Et iterū dicit. Letamini gentes cū plæbe eius. Et iterū. Laudate oēs gētes dn̄m; & magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait. Erit radix iessæ; qui exurget regere gētes; in eū gētes sperabūt. Deus aūt spei repleat vos omi gaudio & pace in credēdo; vt abūdetis in spe & virtute spūssancti.

¶ Feria quarta eiusdem hebdomadæ.

HEc dicit dñs. Creãs te Iacob. Ex Esa. ca. xliij. Vbi postq̃ in supirioribus egit de missiõe verbi: hic agit de multiplicatiõe fideliũ: qui successerũt in gẽtis iudaicę locũ. vnde nõ solũ hęreditatẽ: sed & noĩa sortiti sunt quasi in familiã illã asciti. Creãs te iacob. i. o xp̃iana & fidelis gens. Nomine tuo. s. Iacob & israel: quæ noĩa iudæi amiserũt & christiani acceperunt. Dedi ꝓpiciationem tuã. i. dedi ęgyptũ similem tibi in propiciatione: redigẽdo illam in corpus ecclesię mysticũ vt sim illi ꝓpicius sicut & tibi. Et æthiopiam & Saba. Quę sũt Aegypto cõterminę. nam Saba est Arabiæ fœlicis portio. Pro te. i. tui multiplicãdi causa. Honorabilis factus es. sub. o Iacob. Dabo homines pro te. i. causa tui noĩs ꝓpagãdi permittã hominũ mortes: siue martyrũ siue persequẽtium illos. Ab oriente iuxta illud Matthæi. viij. Multi veniẽt ab oriẽte & occidente. Aquiloni. qui spirat a septẽtrione. Da. subaudi populos cõstruẽdæ ecclesiæ meæ. Austro. q spirat a meridie. Noli ꝓhibere. subaudi venire. Affert filios meos. Deus alloquit̃ hęc loca quæ enumerauit a quattuor mũdi partib9. Et omnẽ. creaui eum. Ex figura hebraica et gręca. sicut illud cui9 participatio eius in idipsum. nam cuius ei9 latinæ nõ diceretur. Educ foras. vt supra affert filios. Ppl'm cæcũ. Cuiusmodi sunt iudei: qui hñt ocl'os & nõ vidẽt. Surdũ. vt illud aures hñt: & nõ audiẽt. Oẽs gẽtes. Iam hoc ad vocationem gẽtiũ ꝑtinet: qa supiora de hebręis dici videbant̃. Quis in vobis. subaudi o gẽtes. Annũciet istud? quasi dicat: nemo nisi ego dñs. Prima sunt. i. principalia. Dẽt testes eoꝝ. s. dij gẽtiũ. Et iustificent̃. si poterũt. Et audiẽt. s. futura. Et dicãt eadẽ futura. Et est hysterologia. pri9 eñ dicit aliqd q̃ auditur. quasi dicat: illi nõ poterũt: & ego potero. Vere vos testes mei. Verba

Feria. iiij. Esaiæ ꝓphetæ. Cap. xliij.

HAec dicit dñs deus. Creans te Iacob & formãs te Israel. Noli timere quia redemi te: vocaui te nomĩe tuo. meus es tu. Cum trãsieris per aquas tecũ ero; & flumĩa nõ operiẽt te. Cũ ambulaueris in igne; nõ cõbureris: & flamma nõ ardebit te. Quia ego dñs deus tuus sanct9 israel & saluator tuus dedi ꝓpiciationẽ tuam Aegyptũ & Aethiopiam & Saba ꝓ te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & gloriosus: ego dilexi te. & dabo hoĩes pro te: & populos ꝓ anima tua. Noli timere qm̃ tecũ sum ego. Ab oriente adducã semẽ tuum: & ab occidẽte congregabo te. Dicam Aquilonida: & Austro noli ꝓhibere. Affer filios meos de lõginquo: & filias meas ab extremis terræ. Et omnẽ qui inuocat nomen meũ; in gloriã meã creaui eum: formaui eũ; & feci eũ. Educ foras populũ cæcũ & oculos habẽtem; surdũ & aures ei sunt. Oẽs gẽtes cõgregatæ sunt simul: & collectę sunt tribus. Quis in vobis annũciet istud? & quæ prĩa sunt audire vos faciet? Dent testes eoꝝ & iustificẽtur: & audiant & dicãt. Vere vos testes mei dicit dñs.

sunt dei ad ap̄l'os & ꝓphetas. iuxta illud: & eritis mihi testes in Ierusalē & iudęa. Et seru9 meus. si loquit̄ pater: de filio est intelligēdū. Si fili9: de quo cunq; electo ad id opus. Credatis mihi. cū videritis cōpleta: quę prędixi vobis. Vt sciatis. hoc experimēto quod dixi. Ego ipse. Emphaticō est ip̄e. quasi dicat: & nō alius quispiā. Ante me & post me. Quia dei essentia nō mensurat̄ nisi ęternitate. Ego annūciaui: idest prædixi salutē futurā. Et saluaui per filiū. Alienus. i. deus qui talia faceret. Vos testes. Ex prædictis patēt sequētia. De manu mea eruat. ꝑ eruat̄. nam eruo actiuum est. Operabor: scilicet salutem gētium. Auertet illud: idest ꝓhibebit salutē gētium.

¶ Feria. vi. eiusdem hebdomadæ.

AVdite me qui sequimini. ex Esaia Cap. li. vbi remouet quoddā impedimentum liberationis faciēdę per messiam: q̄m aliqui ex hebræis desperabant hāc liberationē: itaq; cōfirmatur in primis hæc spes exemplo. dicit itaq; dn̄s ad fideles. Ad petrā, idest ad Abraam qui appellat̄ petra ꝓpter fidē: quoniā credidit Abraā deo. Ad Saram. quoniā ex ĳs duobus propagati sunt hebręi. Vnum vocaui: idest solū & sine ꝓle. quando Genesis. xĳ. dixit illi. Egredere de terra tua: & de cognatiōe tua. Cōsolabit̄ sion: idest ecclesia. sic em̄ accipit̄ sion in plerisq; locis. Desertū. quod alias est sterile. Et solitudinem. idem est quod desertū. quasi dicat: quod est sterile fiet fœcūdū. Attēdite. hic remouetur verbo impedimētum præfatū. Quia lex a me exiet. scilicet euāgelica. Et iudiciū. i. legis executio. In lucē ppl'orꝝ. vt nō intelligat̄ de lege Mosis q̄ ad vnū ppl'm pertinebat. Iust9 me9. i. xp̄s. Saluator me9. i. quē ego mittā ve

Et seru9 meus quē elegi. Vt sciatis & credatis mihi & intelligatis: q̄a ego ip̄e sum. Ante me nō est format9 deus: & post me non erit. Ego sum dn̄s: & non est absq; me saluator. Ego annūciaui & saluaui. Auditum feci; & nō fui in vobis alienus. Vos testes mei dicit dn̄s: & ego deus. Et ab initio ego ipse; & nō est q̄ de manu mea eruat. Opabor. & quis auertet illud? ait dn̄s omnipotēs.

Feria. vi. Esaiæ ꝓphetæ. Cap. li.

HAec dicit dn̄s. Audite me qui sequimini q̄d iustum est & quęritis deum. Attēdite ad petrā vnde excisi estis: & ad cauernā laci: de qua præcisi estis. Attendite ad Abraā patrem vestrū; & ad Saram quæ peperit vos. Quia vnū vocaui eum: & multiplicaui eum. Consolabit̄ ergo domus sion; & consolabit̄ oīs ruina ei9. Et ponet desertū eius quasi delicias: & solitudinē ei9 quasi ortum dn̄i. Gaudiū & lætícia inuenietur in ea gratiarū actio & vox laudis. Attēdite ad me popule meus: & trib9 mea me audite. Quia lex a me exiet: & iudiciū meū in lucem populorꝝ requiescet. Prope est iust9 me9; egressus saluator me9; & brachia mea ppl'os iudicabūt: Me insulæ expectabūt; & brachium meum sustinebūt. Leuate in cœlum oculos vestros: & videte sub terra deorsum. Quia

strum saluatorē. Brachia mea.i.filius meæ vires. Idē cap.liij. Et brachiū dñi cui reuelatū est. Insulę.i.gentes. Sustinebūt.i.patiēter expectabunt. Leuate confirmatio est pmissi. In cœlum.qd liquescet & euanescet sicut fumus. Et terra quæ atteret vt vestis. Sal9 mea.i.xps:vt supra dixit saluator meus.

Dominica tertia. Pauli ad Corinthios prima Cap.iiij.

FRatres. Sic nos existimet homo: vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quæritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi pro minimo est vt a vobis iudicer: aut humano die sed nec meipm iudico. Nihil em cōscius sum; sed nō in hoc iustificatus sum. Qui aūt iudicat me: dñs est. Itaq̃ nolite ante tps iudicare: quoadusq̃ veniat dñs qui & illuminabit abscōdita tenebrarū; & manifestabit cōsilia cordiū: & tūc laus erit vnicuiq̃ a deo.

Feria.iiij.quattuor tēporum Lectio Esaiæ prophetæ. Cap.ij.

IN diebus illis. Dixit Esaias: erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium: & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes; & ibunt populi multi & dicent.

¶ Dñica tertia aduentus.

FRatres. Sic nos existimet homo. Ex epistola Pauli ad Corinth.i. cap.iiij. Dixerat pauloante nos nō debere gloriari in hoib9: sed oia in deū esse referēda. nunc infert. Sic nos existimet homo vt ministros christi.i.nō dños: sed gratiarū xpi dispēsatores. Fidelis. hoc primū in dispēsatore desiderat: scilicet fidelitas. Pro minimo est.i.minimi facio & paruipēdo: quia vni tantum dño meo xpo Iesu placere volo. Humano die.i. ab hoie huius vitę teste: Nec me iudico. quia & si nō sum mihi consci9 cuiusquā fraudis in dispensatione: non idcirco iudico me fidelē: sed dñs cui seruio. Nolite.s.vos o corinth. Abscondita tenebrarum: idest occulta & quæ interim latēt. A deo quia bonos pbabit: malos improbabit.

¶ Feria.iiij.quattuor temporum.

IN diebus illis. Dixit Esaias erit in nouissimis. Ex Esaia Capite.ij. Vbi posteaquam in superiori capite descripsit euersionem regni iudęorū: hoc in loco ostendit ecclesiæ erectionem. Itaq̃ dicit. Erit in nouissimis diebus: de quibus dicitur Genesis.xlix. A moriente Iacob congregamini: vt annunciem vobis quid futurum sit in nouissimis diebus. & paulopost. non deficiet princeps de Iuda: donec veniat cui promissum est. Mons domini. idest ecclesia quæ habuit originem a monte sion: in quo Hierusalem fundata est. Super colles: idest super altos terræ principatus. Omnes gentes: ad quas magis quam ad iudęos pertinet ecclesia. Actuum.xiij. Ecce conuertimur ad gentes. De sion. Verba sunt Esaię non gentium. Et iudicabit gentes. scilicet verbum diuinum: cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Gladios in vomeres. pacem illam significat quæ fuit sub

Augusto Cęsare, quo tempore saluator nat9 est. quod dicitur ex eo quod in pace agricultura exercetur & instrumenta bellica conflantur in rustica instrumenta. Lanceas in falces. putatorias. messorias: & fœnarias. Venite. Verba sunt Esaię ad iudęos exhortātis eos vt veniāt secum ad viam rectā, quandoquidem gentes arripiunt hęreditatem illis debitam.

IN dieb9 illis. Loquutus est dominus. Ex Esaię. cap. vij. De xp̄o ad litterā hæc prophetia est intelligēda: etiam euāgelistę testimonio. qui hæc verba ad christi temporalē generationē pertinere dicit. Hoc tantū inquit factū est: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Ecce v̄go habebit in vtero. &c̄. Sed qa plures sensus litterales possunt dari in eodem verborꝫ contextu: exponatꝰ in vtroq; sensu, & quem pręse fert littera: & qui subintilligitur. Achaz rex fuit iuda a Saule quartusdecimus: ad quem nunc loquitur dominus ꝑ Esaiā. Signū. s. liberationis populi tui. In profundum scilicet per resurrectionē alicuius mortui. In excelsum. vt quod stet sol vt tempore Iosue. Non tentabo dominum. simulat se bonum Achaz cū sit malus. vnde propheta infert. Hominibus. idest ꝓphetis quos molestatis. Deo meo. nolētes eius signum accipere. Propter hoc. idest ad gloriam suam: aut ne sitis illi molesti. Dabit signum. scilicet liberationis populi. Ecce virgo concipiet. Hoc de virgine deipara est simpliciter intelligendum: iudęis etiam repugnantibus. Emmanuel. quod interpretatur nobiscum deus: nulli magis q̄ꝫ christo adaptari potest: in quē natura diuina & humana coierunt. Butyrum & mel. per quę omne eduliū homini aptum intelligit. est autem butyrum bubulus caseus. Vt sciat. vt particula non causatiue, sed coniunctio tantum est ordinem demonstrans. Reprobare malum & eligere bonum. Per scientiam iam inde a conceptu infusam homini: qui idem erat deus.

Venite ascēdamus ad montē dn̄i: & ad domum dei Iacob: & docebit nos vias suas: & ambulabim9 in semitis eius: quia de sion exibit lex: & verbum dn̄i de hierusalē. Et iudicabit gentes: & arguet populos multos. Et cōflabūt gladios suos in vomeres: & lāceas suas in falces. Non leuabit gens cōtra gentē gladiū: nec exercebūtur vltra ad pręliū. Dom9 Iacob venite & ambulem9 in lumīe dn̄i.

Lectio Esaiæ ꝓphetæ. Cap̄. vij.

IN diebus illis. Loquutus est dominus ad Achaz dicens. Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in ꝓfundū inferni siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petā: & non tentabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo dom9 Dauid. Nunquid parū vobis est molestos esse hoībus: quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet: vt sciat reprobare malum & eligere bonum.

¶ Feria sexta eiusdem hebdomadę.

HAec dicit domin9 deus. Egredietur virga. Ex esa. cap. xi. in quo propheta primo describit mysteriū incarnationis verbi diuini: & eiusdem natalis. deinde illius sanctitatem dotesq̧ enumerat. Egredietur virga. virgo dei pura quę ducebat originē a Dauid rege, qui fuit iesse siue Isai filius. Et flos. i. chrs. de quo in canticis. Ego flos campi & lilium conuallium. Spiritus domini: qui in eū conferet septem sua dona: quæ hic enumerātur. Oculorum & aurium. s. corporaliū: sed iudicabit per sciētiā infusam qua est homo, aut per increatā qua de9. Arguet pro mansuetis. quod fecit quādo arguit phariseos qui apostolos insimulabant: quod sabbata violabāt. Percutiet terram. i. habitatores terrę. Virga oris. i. doctrina. interficiet impiū. de antichristo intelligit: de quo apostolus in epistola thessa. ij. tunc reuellabitur ille iniqu9 quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Iusticia cingulum. idest iusti & sancti adhęrebūt ei sicut cingulum adhęret lūbis. In chaldęo legitur, erūt iusti circū circa ei: & agentes fideliter appropinquantes ei: quod dicit propter apostolos & discipulos. Cinctoriū. nescio an vsq̧ apud autores cinctorum legatur: pro eo qđ est cinctus: siue cinctura, siue semicinctum.

Feria sexta. Esaiæ prophetæ. Cap. xi.

HAec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iessæ: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientiæ & intellect9: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientię & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit: nec secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes: & arguet in ęquitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritus labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborum eius. & fides cinctorium regnum eius.

¶Sabbato eiusdē hebdomadæ.

IN diebus illis. Clamabūt ad dominum. Ex Esaię. capite. xix. Vbi posteaq̧ dicit propheta. erit altare domini in terra ægypti: infert. clamabunt ad dominum scilicet ęgyptij. Tribulātis. i. persecutoris. Propugnatorem. i. defensorem siue proptectorē. Ab ęgypto. i. ab ęgyptijs liberatis. Et ęgyptij. bonorum persecutores. Plaga. i. pœna tēporali ad castigationem. Et sanabit eam per fidem. Placabitur eis. i. ex irato mitescet.

Sabbato Esaię prophetæ. Cap. xix.

IN diebus illis. Clamabunt ad dn̄m a facie tribulātis: & mittet ei saluatorē & propugnatorem: qui liberet eos. Et cognoscetur dn̄s ab ægypto: & cognoscēt ægyptij dn̄m in die illa: & colēt eum in hostijs & muneribus: & vota vouebunt domino: & soluēt. Et pcutiet dn̄s ęgyptū plaga: & sanabit eā. Et reuertētur ad dominū: & placabitur eis: & sanabit eos dominus deus noster.

HEc dicit dn̄s. Lętabitur. Ex Esa. cap. xxxv. in quo postea q̄ in capite pręcedenti denunciauit destructionem idumeę ad consolationē iudęorum hic denunciat eis cōsolationem a chr̄o ventura. & primo de multiplicatione credentium: deinde de illorum corroboratiōe. Lętabitur deserta. s. iudęa: Et inuia: q̄a in desertis locis non sunt vię stratę. Exultabit solitudo. quomodo dicitur mōtes exultauerūt. Germina germiabit. ex idiomate hebraico geminatio illa multitudidem designabit. Lętabunda. corde. Et laudans. s. ore. Gl̄ia libani. q̄ abūdat arboribus pulcherrimis. Decor carmeli. mōs ī deserto nō lōge ab hębrō. Sarō. regio est inter mōtem Thabor & mare tyberiadis. Gloriam dn̄i. i. christū gloriā dei patris Confortate. hęc est sc̄da pars. & sunt verba p̄phetę ad apostolos. Manus disso. & genua debilia. s. gentiū: quę erant desides ad fidē accipiēdā. Roborate ad patiēdos p̄ christo dolores. Dicite. i. prędicate. o pusillāimes &c. Vltionem retributiōis: in vestros persecutores Cęcorum. hęc a saluatore gesta sunt. In deserto aquę. p̄pter baptismū dicit: q̄d de Philippo & eunucho baptizato p̄prie dicitur.

Esaiæ prophetę. Cap. xxxv.

HAec dicit dn̄s. Lętabitur deserta & inuia: & exultabit solitudo: & florebit sicut liliū. Germinans germinabit: & exultabit lætabūda & laudans. Gloria libani data est ei; decor carmeli & Sarō. Ipsi videbunt gloriam dn̄i: & decorē dei nostri. Cōfortate manus dissolutas: & genua debilia roborate. Dicite pusillanimes: cōfortamini: & nolite timere. Ecce deus vr̄ vltionē adducet retributionis: deus ipse veniet: & saluabit nos. tunc aperiētur oculi cęcorū: & aures surdorū patebūt. Tūc psalliet sicut ceru⁹ claudus: & aperta erit lingua mutorū: quia scissę sunt in deserto aquę & torrētes in solitudine. Et quę erat arida in stagnū: & sitiens in fontes aquarū. Ait dn̄s omnipotēs.

Lectio Esaiæ p̄phetæ. Cap. xl.

HAec dicit dn̄s: Super montē excelsum ascēde tu: q̄ euāgelizas sion: exalta in fortitudine vocē tuā qui euāgelizas hierusalē: Exalta: noli timere. Dic ciuitatib⁹ iudæ. Ecce deus vester. Ecce dn̄s in fortitudine veniet: & brachiū eius dn̄abit. Ecce merces ei⁹ cū eo: & opus illi⁹ corā ip̄o. Sicut pastor gregē suū pascet: in brachio suo cōgregabit agnos: & ī sinu suo leuabit eos dn̄s de⁹ deus nr̄.

HAec dicit domin⁹ Super mōtem. Ex Esaia cap. xl. & sequitur post illā prophetiam quam posuimus supra cuius initium est cōsolamini. & introducit hic cōsolatoris persōna. i. christi: & est verbum dn̄i ad Ioānem baptistam. Qui euāgelizas siō. in datiuo: quia Ioannis prędicatio ad iudęos est. Ecce deus noster. quia digito ostēdēs illum dixit. Ecce agn⁹ dei. Brachiū ei⁹. i. xp̄s q̄ brachiū ē p̄ris. Merces ei⁹: q̄a pōt retribuere cuiq; iuxta merita. Corā illo. i. in ei⁹ volūtate & potestate. Sicut pastor: vnde ip̄e dicit Ioānis. x. Ego sū pastor bon⁹ Et leuabit ī sinu. i. portabit more boni postoris q̄ morbidas pecudes hūero vehit

HAec dicit dñs: chr̃o meo Cyro. Ex Esaię cap. xlv. Vbi posteaq̃ propheta induxit populũ ad expectandũ diuina promissa: hic prędicit futurã illius liberationem: & primo ponit liberatoris potestatem: deinde illius natalẽ. Christo meo Cyro. p Cyrũ regẽ persarũ. cuius tẽporibus templi reędificandi fuit exordiũ. hebręi etiã in sensu litterali intelligũt

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. xlv.

HAec dicit dñs: christo meo Cyro cuius apprehẽdi dexterã: & subijciam ante faciẽ eius gẽtes: & dorsa regum vertam: & aperiã corã eo ianuas; & portæ non claudentur. Ego ante te ibo; & gloriosos terræ humiliabo: Portas æreas cõteram: & vectes ferreos cõfringam. Et dabo thesauros abscõditos: & arcana secretorũ: vt scias quia ego dominus: qui voco nomẽ tuũ deus Israel: proter Iacob seruum meũ: & israel dilectum meũ. Et vocaui te nomine meo: assimilaui te; & non cognouisti me. Ego dñs: & non est amplius: extra me nõ est deus. Accinxi te: & non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis & qui ab occidente: qm̃ absq; me non est deus. Ego dñs: & nõ est alter: formãs lucẽ: & creãs tenebras. faciẽs pacẽ: & creans malum. Ego dñs faciẽs omnia hæc. Rorate cœli desuper: & nubes pluãt iustũ: aperiatur terra & germinet saluatorẽ. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eã.

Danielis prophetæ. Cap. iij.

INn dieb⁹ illis. Angel⁹ dñi descẽdit cũ Azaria & socijs ei⁹ in fornacẽ; & excussit flãmã ignis de fornace: & fecit medíũ fornacis q̃si vẽtum roris flãtẽ: flãma aũt diffusa ẽ sup fornacẽ cubitis. xl. nouẽ

messiã. Cuius dexteram quasi iacentem erigens ad multorum populorum victoriã: Ianuas. vrbium expugnatarum. Gloriosos. potentes & superbos. Arcana. i. alias res cũ thesauris recõditas. Qui voco nomen tuũ: quia te nomine proprio appello: quod honorificũ ẽ. Assimilaui te: subaudi filio meo: quia sub nomine tuo filius meus intelligitur. Extra me. qa tres personæ intra deũ sunt: reliqua omnia extra in deo tamẽ fundata. Accinxi te. i. ad bellũ armaui. Non cognouisti me. ad Cyrum pertinet hoc: non ad filium. Creãs malum. i. res quę de natura sua bonę sunt: homines tñ illis male vtunẽ. Pluant iustũ. i. a cœlo mittaẽ christus, & descendat quasi pluuia in vellus. Aperiaẽ terra. quasi partũ emittens ex se Germinet saluatorem. ea. scilicet parte qua hõ est. Creaui eum ex terra. nam intra me genui.

IN dieb⁹ illis. Angelus domini. Ex daniele capite. iij. historia nota est: & qua ex causa hi tres pueri fuerũt in caminum ignis iniecti Nabuchodonosor regis imperio. vbi cãticum hæc cecinerũt. Nam canticum illud qđ ecclĩa canit sub nomine triũ puerorꝫ in hebręo non habetur. sed ex theodoctionis trãslatione sumptum est. Cum Azaria qui antea vocabatur Abdenago. Et socij eius. scilicet Ananiæ & Misaeli. Quę sequuntur non indigent expositione.

FRatres: Rogamus vos. Ex epl'a Pauli ad Thessal.ij. cap̄.ij. in quo apl'us Thessalonicenses diem iudicij vniuersalis instare timentes cōsolatur dicēs: alia multa ante diē illam precessura: puta numerus electorum complend9 & antichristi aduentus. Et nostrę cōgregatiōis in ipm in gręco nostram cōgregationem in eo. Per spiritū. alicui9 diuinatiōis. Discesio. i. apostasia. gręce dicta: quia notior est aliquando græca dictio q̄ꝫ latina. Homo peccati. idest antichristus. Supra om̄e quod dicitur. in gręco supra omnem qui dicitur deus. hoc est simulachrum: quod tanq̄ꝫ de9 in templo est collocatū. Non retinetis. idest non meministis. Quid detineat. s. vt reueletur ille in tempore suo. & est hæc prophetia Pauli de aduētu antichristi.

¶Dominica quarta aduentus.

FRatres gaudete. Ex epistola Pau. ad philip. capl'o. iiij. & est clausula epistolę: quam solemus finire per huiusmodi verba. vale: gaude. vsitatius ergo & magis latine diceretur valete. Modestia vestra. in græco magis significat iusticiam: vel potius ęquitatem illā, quę est iusticiæ, siue iuris interpretatio.

& incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldæis ministros regis: qui eam incendebant. Et nō tetigit eos omnino ignis: nec cōtristauit: nec quicq̄ꝫ molestiæ intulit. Tunc hi tres q̄si ex vno ore laudabāt & gll'ificabāt & bn̄dicebāt deū in fornace dicētes. Bn̄dictus es dn̄e deus patrū nostroꝝ: & laudabilis & super exaltat9 in secula. Et benedictū nomen gloriæ tuę sanctū & laudabile: & super exaltatū in omnibus sæculis. Benedict9 es in tēplo sancto gloriæ tuę; & super laudabilis & gloriosus in secula. Bn̄dictus es q̄ intueris abyssos; & sedes sup̄ cherubin & laudabilis & super exaltatus in secula.

Beati Pauli ad Thessaloniceñ. ij. Cap̄. ij.

FRatres: Rogamus vos per aduentum domini nostri Iesu christi & nostrę congregationis in ipsum: vt nō cito moueamini a vestro sensu: nec terreamini; nec per spiritum: nec per sermonem: nec per epistolā; tanq̄ꝫ per nos missam quasi instet dies dn̄i. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniā nisi discessio venerit primū: & reuelatus fuerit hō peccati filius perditiōis; qui aduersat̄ & extollitur supra oē̄ quod dicitur de9; aut quod colit̄: ita vt in tēplo dei sedeat ostēdēs se tanq̄ꝫ sit deus. Nō retinetis q̄ cū adhuc essem apud vos; hæc dicebā vobis? Et tūc q̄d detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nā mysteriū iā operatur iniquitatis. Tantū vt q̄ tenet; nunc teneat: donec de medio fiat. Et nūc reuelabit̄ ille iniqu9: quē dn̄s iesus interficiet spū oris sui & destruet illustratione aduentus sui.

Dominica quarta Pauli ad Philippenses, Cap̄. iiij.

hoc est eijciam. Omnem sensum. in græco non sensum: sed mentem legitur: neqꝫ custodiat: vt sit modus deprecatiuus: sed custodiet vt sit indicatiuus. Itaqꝫ multũ refert inter vtranqꝫ qualitatem. quãquã ab hebręis cõfundit.

¶ In vigilia natiuitatis.

PRopter sion non tẽtabo. Ex Esaia cap̃. lxij. vbi fit mentio de Christo. nascituro propediem. Et est vox prophetę in persona Apostolorum: si de Christo Iesu intelligatur. Hebręi hanc partem de messia vẽturo interpretãtur: quidam tamen illorum ad Cyrum regem persarum referũt cuius permissu templũ est restitutum: vt supra dictum est: sed & p Cyrum intelligimus saluatorem nostrũ. Propter sion & Ierusalem. Sion mons est eminẽs vrbi Ierusalem & arx quam expugnauit Dauid. hęc est quę apđ Esaiã cap̃. xxix. appellat Ariel. vbi vocat ciuitas Dauid. Vt splendor iustus eius: vnde & sol iusticię dicitur. Lampas gręcum est, interpretaturqꝫ fax incensa. Gentes & reges. ad qđ etiam se extendet hęc christi salus. iuxta illud Simęõis. lumen ad reuelationem gentium. Vocabitur nomẽ nouum. si ad ierusalẽ referas: erit vrbs fidel' & populus peculiaris: si ad christum emmanuel ex Esa. & iesus ex euãgelio. Derelicta sicut ante hac sub captiuitate vocabaris. Voluntas mea in ea. idest quę facit voluntatem dei sui. Complacuit dño in te. s. quod inhabiteris & sis ab eo protecta.

FRatres. Gaudete in domino semper: iterũ dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus eñ prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione: petiones vestræ innotescant apud deũ, & pax dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras. In christo iesu domino nostro.

In vigilia natalis domini·
Esaiæ. Capite. xlij.

HAec dicit dominus. Propter sion nõ tacebo: & propter Ierusalẽ nõ quiescam; donec egrediatur vt splẽdor iust⁹ ei⁹: & saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: & cuncti reges inclytum tuũ. Et vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominabit. Et eris coronã glorię in manu domini: & diadema regni in mano dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua nõ vocabitur ampli⁹ desolata. Sed vocaberis volũtas mea in ea: & terra tua inhabitabitur: quia complacuit domino in te.

Beati Pauli ad Romanos. Cap̃. i.

FRatres. Paulus seruus iesu christi vocatus apostolus segregatus in euãgelium dei. quod ante promiserat per prophe

¶ In eadem vigilia.

PAulus seruus iesu christi. Ex initio epistolæ ad Rom̃. Epistolę morẽ sequitur: in qua primo ponitur nomẽ mittẽtis. deinde eorꝵ ad quos mittitur. Tũ dicitur salus siue gaudium: pro quibus apostolus dicit,

pax & gratia. legitur autem hoc die: quia fit mentio de verbi diuini incarnatione & hominum reparatione. Vocatus non est accipiendum hic vocatus pro noïatus: sed a deo vocatus ad apostolatum. Segregatus: quia cęteri apostoli missi sunt ad prędicandũ ouibus quæ perierunt de israel: ipse vero ad gẽtiles: vnde & doctor gentium dictus. Factus ex semine Dauid.

In gręco poti9 est gñeratus. iuxta illud psal'. De fructu ventris tui ponã super sedẽ tuam. Prędestinatus. i. definitus & declaratus per spiritum sanctum cum descendit super eum in specie colũbę: & audita est vox: hic est filius meus. Ex resurrectione mortuorũ. ex eo etiã declaratus est filius dei: quod in virtute ꝓpria resurrexit a mortuis. Iesu christi. videt̃ dicere qđ mortui erant Iesu christi: sed non est ita: sed referẽdum est ad illđ quod supra dixit de filio suo. & tunc inferendũ Iesu christo dño nr̃o Per quẽ. s. christum. Ad obediendum. i. obedientiam fidei. In omnib9 gẽtibus. quia vt diximus ad hoc vocat9 est. Estis vos. quia Romani gentiles erant. Vocati Iesu xpi. de gẽtium vocatione plena est sacra scp̃ra.

¶ In missa de gallicãtu.

tas suos in scripturis sanctis de filio suo: qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. Qui prædestinatus est filius dei in virtute secũdum spiritum viuificationis ex resurrectione mortuorum Iesu christi dñi nostri. Per quem accipimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei & omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis & vos vocati Iesu christi domini nostri.

In natiuitate domini in missa de galiscantu Esaiæ. Cap. ix.

HAec dicit dominus. Populus gentiũ qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Paruulus enim nat9 est nobis: & filius dat9 est nobis. Et fact9 est principatus super humerum eius: & vocabitur nomẽ ei9 admirabilis consiliarius. de9 fortis. pater futuri sc̃li. princeps pacis. multiplicabitur eius imperium: & pacis nõ erit finis. Super soliũ Dauid & super regnũ ei9 sedebit: vt cõfirmet illud corroboret in iudicio & iusticia ammodo & vsq; ĩ sempiternũ.

POpulus gentium qui ambulant in tenebris. Ex Esa. cap. ix. in quo tangitur christi natalis: nam & hebręi etiam de messia vẽturo hãc lectionẽ intelligunt ex parte: & ex parte de captiuitate iudęorũ apud Assyrios. Qui ambulabat in tenebris. s. ignorantiæ. Lucem magnã. i. christum qui Ioãnis. viij. dicit. Ego sum lux mundi. In regione vmbrę mortis. idest in limbo inferorũ lux orta est. cũ post mortẽ descẽdit ad inferos. Paruul9 enim: hęc omnia de xpo nimirũ intelligenda sunt: tametsi quidã hebręorũ de Ezechia rege potius intelligere volũt. Super humerum eius: quia fact9 est sub lege. ad Galatas. iiij. Aut ad crucem referendum est: quã humeris sustulit. vnde data est illi oĩs potestas in cœlo & in terra. Matthęi vltimo. Soliũ Dauid. i. sedẽ regiam. qđ de regno spirituali est intelligendũ. alioqui

temporariũ Dauid regnum terminum habuit. Ammodo: idest a tempore quo ceperit gubernare. ¶ Post prophetiam epistola.

APparuit gratia dei. Ex epistola Pauli ad Titũ. cap. ij. In quo fit mẽtio de aduentu christi per gratiam. Gratia dei saluatoris. In græco gratia salutaris siue salutifera, neq; est dei nostri: sed ab interprete adiectum. Aduentũ gloriç. In grçco apparitionem legitur: sicut supra dixit apparuit benignitas. Populum acceptabilem: in grçco peculiarẽ. Pro sectatorẽ zelatorẽ habet siue imitatorem.

Beati Pauli ad Titum. Cap. ij.

CHarissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. Expectãtes beatã spẽ & aduentum gloriæ magni dei: & saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum ꝓ nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilẽ sectatorem bonorum operum. Hæc loquere & exhortare. In christo iesu dño nostro.

¶ In missa diluculi.

SPiritus domini. Ex Esaia ꝓphe. cap. lxi. Quod tamet si de ipso Esaia potest intelligi: de christo potius est intelligendum. qui potest dicere qua parte minor est patre spiritus dñi. &c. Vnxit me. vnde & christus cognominaẽ. idest vnctus. Annũciandum In græco euangelizandũ. Mansuetis: idest apostolis primum: deinde ꝑ eos alijs. Mederer contritos. antique dixit cũ accusatiuo sicut Terenti9 in phrormione. quas res minus mederi possis. Audacius cum genitiuo interpres dixit ĩ Threnis: quis meditabitur tui: cũ vsus datiuo iungat. Captiuis. idest in peccato positis. Clausis apud inferos constitutis. Annũ placabilem. idest temp9 quo deus homini placatus est per christi passionem pœna peccati soluta. Diem vltionis. i. iudicij vltimi. Cõsolarer lugentes. iuxta illud Matthçi. v. Beati qui lugent quoniã ipsi cõsolabunẽ. Lugentibus sion. i. qui dolent de statu ecclę aduerso qa siõ & Ierusalẽ ꝓ ecclia plerũq; accipit. Coronã ꝓ cinere. antitheton est hoc ẽ cõtra positũ: qm̃ in lçticia vtimur corona: i luctu cinere: & sic d alijs.

In missa de luce: Esaiæ. prophe. Cap. lxi.

HAec dicit dñs. Spiritus domini super me eo quod vnxerit me dñs. ad annũciandum mansuetis misit me: vt mederer contritos corde: & prædicarẽ captiuis indulgẽtiã: & clausis apertionẽ: & prędicarẽ annũ placabilẽ dño: & diem vltionis deo nostro: vt consolarer oẽs lugẽtes: & ponerem fortitudinẽ lugẽtibus siõ. Et darẽ eis coronã ꝓ cinere: oleũ gaudij pro luctu: pallium laudis ꝓ spũ mœroris. Et vocabunẽ in ea fortes iusticiæ: plãtatio dñi ad glorificandum. ecce dominus auditum fecit in extremis terrç.

In ea.s.sion siue ecclesia. Fortes iusticię. hi sunt apostoli & illorũ successores. Plantatio dñi.i. quos domin9 plantauit. Ad glorificandũ.i. gloriã dñi predicandũ & sermocinandum: & post longũ interuallũ in fine. cap. lxiį. subiungit propheta. Dñs auditum fecit ab extremis terrę. quia in omnem terrã exiuit sonus apl'orũ. Dicite filie sion.i.cõgregationi fideliũ. Saluator venit. idest ad iudiciį diẽ pperat. Merces ei9 cum eo: quia reddet vnicuiq; pro merito preciũ. Op9 illud. idem dicit sed aliįs verbis. Vocabunt eos. subintellige electos. Populus sanct9. hoc est populũ dño dedicatũ. Redempti. populus redempti soloecism9 erat si nõ refereret ad rem & nõ ad vocem: qm̃ popul9 pro hominibus accipit: propterea nõ fit soloecism9.

Dicite filię siõ, ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo: & opus illius corã ipo: & vocabunt eos populus sanctus; redempti domino deo nostro.

Beati pauli apl'i ad Titum. Cap. iiį.

CHarissime. Apparuit bẽignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iusticię quæ fecimus nos: sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abũde per Iesum christum saluatorem nostrũ. Vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitę æternę. In christo Iesu domino nostro.

¶ Post pphetiã epl'a.

APparuit benignitas & humanitas. Ex epl'a Pauli ad Titum cap. iiį. vbi sic legitur. Cum apparuit benignitas & humanitas. &c. tunc subiungit: saluos nos fecit. & suspenditur clausula vsq; in finẽ epistolæ. Benignitas & humanitas. non dicit quod christus in humanitate apparuit: sed affectum amoreq; quo prosecutus est nos: cũ nasci & pati pro nobis voluit filiũ suũ. Lauacrũ.i. baptismũ quo sumus regenerati. Renouationis. vñ in psal'o. Effunde spiritũ tuũ: & renouabis faciẽ terrę. Hęredes simus. nõ q̃si filiį naturales. sed qa ĩ adoptionẽ suscepti cohęredes xpi: vt alio ĩ loco dicit.

Ad missam maiorem. Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. liį.

HAec dicit dñs. Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa: quia ego ipse qui loquebar: ecce adsum. Quam pulchri supra montes pedes annunciantis: & prędicãtis pacẽ: annũciantis bonum: prędicãtis salutẽ; dicẽtis siõ: regnabit deus tu9.

¶ In missa maiori.

PRopt̃ hoc sciet. Ex Esaia ppheta. cap. liį. Quę v̄ba de xpo esse intelligẽda cõfirmat apl'us in epl'a ad Rom. cap. x. Propt̃ hoc. & q̃d sit: ex superioribus colligit: hoc ẽ qa ablat9 ẽ ppl'us me9 gratis: & dñatores ei9 iniq̃ agũt. Ppl'us me9.i. xpiani. nomẽ meũ.s. Iesus qd interpretat̃ saluator. In die illa. qñ eccl'ia exaltabit̃. Qui loquebar antea p̃ prophetas. Adsum.s. humanitate assumpta. Quam pulchri. hoc ad ecclesiæ dilatationem pertinet per apostolorũ prędicationẽ. Supra montes.i. terrã principes. Annunciantis pacem. quod debere fieri frequẽter nos saluator admonuit. Dicẽtis siõ.

Vocatiuus est siue datiuus. Speculatorum.prelatorum qui grece vocãtur episcopi. Leuauerunt vocem.predicando & est solœcismus si nõ referatur ad rẽ.hoc est speculatores. Laudabunt.i.pro tanto beneficio gratias agẽt. Oculo ad oculum.i.non vt antea per.figuras & ænigmata. Conuerterit dominus sion.i.christianorum ex gentibus ecclesiam. Deserta ierusalem. que non erant tunc a christianis frequentata. Redemit ierusalẽ. a christi cultoribus habitandam tradens. Brachiũ suũ.i.filiũ. de quo Esaias, & brachiũ dñi: cui reuelatũ est.

Vox speculatorum tuorum leuauerũt vocem: simul laudabũt. quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit dominus sion. Gaudete. & laudate simul deserta Ierusalẽ: quia consolatus est dominus populũ suum: redemit Ierusalẽ. Parauit dñs brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Et videbunt omnes fines terre salutare dei nñi.

Beati Pauli ad Hebræos. Cap.i.

FRatres. Multifarie multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quẽ constituit heredẽ vniuersorũ: per quẽ fecit & sæcula. Qui cum sit splendor glorie & figura substantiæ eius: portãsq; oĩa verbo virtutis suæ: purgationẽ peccatorum faciẽs: sedet ad dexterã maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: quãto differentius præ illis nomẽ hereditauit. Cui eñ dixit aliquãdo angelorum: filius meus es tu: ego hodie genui te? Et rursũ. Ego ero illi in patrẽ: & ipẽ erit mihi in filiũ. Et cũ iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terre: dicit. Et adorẽt eũ oẽs angeli dei. Et ad angelos quidã dicit. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos flãmã ignis. Ad filiũ autem. Thronus tuus deus in sæculũ sæculi: virga æqtatis: virga regni tui. Dilexisti iusticiã &

¶Post pphetiã epl'a.

MVltifarie mltisq; modis. Ex Pauli epistola ad Hebreos.cap.i.in cuius initio agitur de æterna potissimum christi generatione, sicut & in euangelio quod est in principio erat verbum. Multifariã & multifarie dicimus. i. multipartite: sicut bifariam. bipartite & sic trifariam & quadrifariam. Olim loquẽs.i.loquebatur. Patrib9.patriarchis In prophetis. i. per prophetas. In filio. idest per filium. Constituit heredem. quia illi tradidit iudicium potestatemq; omnem in cœlo & in terra. Per quem.iuxta illud psalmographi.verbo domini cœli firmati sunt. Splendor patris. immo est vera lux que illustrat omnia: sed splendorẽ vocat ob assumptam humanitatem. Figura substantiæ.i.character psone patris. Portãs omnia: quia omnia potest. purgationem faciens: de quo Malachias. & purgabit filios leui. Melior angelis. quia habet multa q̃ non habent angeli. Filius meus es tu.in psal.ij.hoc legitur. Ero in patrem.ij. regum.cap.vij. Primo genitum quasi omnium bonorum heredem. Adorẽt eum: ex psal.xcvi. & ad angelos.ad apposuit ,p:de: hoc est ppositionem pro ppositione. Qui facit ange

los ex psalmo. ciiij. Ad filiũ. subaudi dicit. Virga tua. Ex psal. xliiij. Tu permanebis. In græco. permanes in presenti habetur. Mutabis eos. In græco legitur conuolues. Idem ipse es. In grẹco idem es, secundum ad maiorẽ expressionem latinus interpres adiecit ipse. Sede a dextris meis. ex psal. cxi.

¶ Dominica intra octauas.

QVãto tempore. Ex epl'a Pauli ad galatas. cap. iiij. Vbi posteaq̃ in superiorib9 declarauit per rationem a legalibus cessandũ esse: hic illud idem per similitudinem ostendit dicens: quod queadmodũ pueri quo tempore sunt sub tutela pupilari non sunt liberi. ita & illi qui sub Moysi lege viuebãt: serui erãt. Sub tutorib9 & autorib9. proprie trãstulit interpres: sed non verbũ ex verbo: quia in græco sub comissariis & procuratoribus legitur. Dñs omniũ. quod ad proprietatẽ attinet: non ad vsum. Perfinitum tẽpus a patre. siue a lege ad hoc cõstituta. Paruuli. idest quasi paruuli seruiẽtes. sub elementis. idest principiis: quia non maturi ætate. Adotionem filiorum. sub lege euangelica. Filij dei. In græco non est dei. Clamantem abba. i. pater confessionẽ clamare nos faciẽtem inuocãdo patris nomen. i. O abba. qđ vero sequit: pater expositiue ponit. quoniam abba hebraice vel syriace latine est pr.

¶ In circũcisione dñi.

APparuit grã. Ex epistola Pauli ad Titum capite. ij. Sed iam est exposita supra in missa de gallicãtu.

odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis prẹ participib9 tuis. Et tu in principio domine terram fundasti; & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt; tu autem permanebis; & oẽs vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos. & mutabuntur. Tu autẽ idem ipse es; & anni tui non deficient.

Dñica intra octauas natalis dñi.
Pauli ad Galatas. Cap. iiij.

FRatres. Quanto tempore hæres paruulus est; nihil differt a seruo cum sit dominus omnium; sed sub tutoribus & autorib9 est vsq; ad perfinitum tẽpus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli: sub elemẽtis mũdi huius eramus seruiẽtes. At vbi venit plenitudo tẽporis; misit deus filiũ suũ; natũ ex muliere; factũ sub lege; vt eos qui sub lege erant redimeret; vt adoptionem filiorum reciperemus. Qm̃ aũt estis filij dei; misit de9 spiritũ filij sui corda vestra clamãtẽ abba pater. Itaq; iã nõ estis seruus; sed filius. Qđ si filius & hæres per deum.

In circũcisione dñi. In missa de prima.
Pauli ad Titum. Cap. iij.

CHarissime. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nr̃i dei. Non ex opibus iusticiæ quæ fecimus nos; sed scd̃m suã mĩam saluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis & renouationis spũs sancti: quẽ effudit in nos abunde p iesum christũ saluatorem nostrũ. Vt iustificati gratiã ipsius: hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. in christo iesu domino nostro.

Ad missam maiorē biati Pauli ad Titū. Cap. ij.

CHarissime. Apparuit gratia dei & saluatoris nr̄i oībus hominibus erudiens nos; vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria: sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. Expectantes beatam spem & aduentū gloriæ magni dei: & saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operū. Hæc loquere & exortare. In christo iesu dn̄o nr̄o.

In epiphania domini. Esaiæ prophetæ. Capite. lx.

SVrge illuminare ierusalem: quia venit lumen tuum: & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrę operient terrā: & caligo populos. Super te tamen orietur dominus: & gloria eius in te videbit. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos: & vide. Omnes isti cōgregati sunt: venerunt tibi. Filij tui de longe venient: & filiæ tuæ de latere surgēt. Tunc videbis & afflues & mirabitur: & dilatabitur cor tuū: quādo conuersa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te. Dromedarij Madian: & Effa. Omnes de Saba veniēt: aurū & thus deferētes; & laudē dn̄o annūciātes.

Dn̄ica prima post epiphaniam Pauli ad Romanos. Cap̄. xij.

¶ In epiphania domini.

SVrge illuminare. Ex Esaia ꝓpheta cap. xl. In quo ꝓpheta prosperitatem ecclesiæ militantis describit. Et maxime aduentum magorum cum muneribus. Surge quæ ante hac iacebas. Illuminare. id est christi nascentis lumen accipe: & est illuminare in imperatiuo vocis passiuę. Tenebrę operiēt terram. quia extra ecclesiam omnia tenebrescunt. Dominus. i. Christ9 qui est sol iusticiæ. Gentes. gentiles qui ad christum conuertentur. In circuitu. idest in finitimos populos. Venerunt tibi. ad te honorādam. De latere. idest de ꝓpinquo. Videbis multitudinem credentium. Afflues. abundabis reb9 omnibus. Dilatabitur: p̄ nimia lętitia. Multitudo maris. idest habitantiū in insulis. Venerit tibi. idest ad tibi obsequendum. Camelorū. i. dromedariorum commeatus importātium. Madiam. idest de regione Madianitidę: quam incoluit. Madian filius Abraam: ex Cethura & Effa ipsius madian filius & intelligit de camellis arabicis: qui habent singula tubera sicut Bactriani bina. De Saba. regione fœlicis Arabiæ. dicta a filio Cus & Nepote chan filio Noe. Aurum & thus. quod est peculiare sabeis.

¶ Dominica prima post epiphaniam.

OBsecro vos per misericordiā. Ex epistola ad romanos. cap. xij. In quo instituit apostolus Romanos: & primo eos in deum ordinando ex parte corporis. deinde ex parte aiæ. Per miam: adiurātis & contestātis particula est. Et in græco pluraliter dicitur miseratiões. Vt exhibeatis corpora vestra. i. corporis vestri faciatis sacrificiū vos deuouendo. Hostiā viuentē. non mortuam. Rationabile. quia diuinus cult9 debet esse cum ratione. Huic sęculo. hoc est rebus mūdanis & perituris. Sensus vestri. In gręco mētis vestræ. nam ad animū hęc verba referēda sunt. Vt probetis. i. experiamini. Quę sit voluntas dei. quantū ad incipientes bene operari. Et beneplacens. ipsi deo: quantū ad pficientes. Et pfecta. quantū ad puenientes. Per gratiā. hoc est p apostolatus officiū mihi iniunctū pcipio. Nō pl9 sapere. Iuuenal. imponit finē sapiēs: & reb9 honestis. Ad sobrietatem. In gręco habetur ad modestiā. Diuisit. ordo est potius sicut vnicuiq; deus diuisit mēsurā fidei. i. de fide pdicandi scientiam. Singuli alt alterius. idest inuicem sumus membra alter alterius.

FRatres. Obsecro vos per miam dei: vt exhibeatis corpora vrā hostiā viuētem sanctam: deo placentē: rationabile obsequiū vestrū. & nolite conformari huic sęculo: sed reformamini in nouitate sensus vri: vt probetis quę sit voluntas dei bona: & bene placens & perfecta. Dico enim p grām: quę data est mihi omnib9 qui sunt inter vos: & nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. & vnicuiq; sicut diuisit deus mensuram fidei: sicut eñ in vno corpore multa mēbra habemus: oīa aūt mēbra non eundē actū habent: ita multi vnū corpus sumus in christo. Singuli autē alter alterius membra. in christo domino nostro.

¶Feria. iiij. sequenti.

SCimus quoniam. Ex epistola ad Romanos cap. iij. In quo postea q̄ ostendit iudęos & gentiles indigere gratia dei: quod probauit autoritatibus. hic applicat illas ad propositum. Lex in qua primi quos citauit: numerantur. Obstruatur os. idest claudatur non conqueratur. Subditus fiat. in gręco obnoxius, & obligatus deo ob acceptam gratiam ab eo. Omnis caro. idest homo. Cognitio peccati. sup. est. Iusticia dei. quæ facit deo acceptum, Manifesta est. in gētilibus: de quorum vocatione plena est scriptura sacra. Per fidem. s. est manifestata: & non aliunde. Credunt in eū. in eum superfluit ex græco. Gratia dei. in græco gloria dei. idest gratia per quā acquirit glīa. Gratis. i. non meritis nostris. per redēptionē. i. passionē qua nos redemit. ppiciatorē. In gręco ppiciatoriū: quia xps ppiciauit.

Fer. iiij. Pauli ad Romanos. Cap. iij.

FRatres. Scimus qm̄ quęcūq; lex loquitur ijs qui in lege sunt loquitur: vt oē os obstruatur: & subditus fiat omnis mundus deo. qa ex operib9 legis non iustificabit oīs caro corā illo: Per legē eñ cognitio peccati: nunc autem iusticia dei sine lege manifestata est: testificata a lege & Prophetis:

In sanguine cuius effusio satiffecit peccato primi parentis: quod est opus iusticiæ. In sustentatione dei. rectius in græco in patientia siue tolerantia: nec enim filio suo pepercit propter iusticiam. In hoc tempore: scilicet gratiæ. Vt sit iustus. idest quod fecit vt appareat iustus. Eum qui ex fide est: idest qui credit.

Iusticia aũt dei per fidem Iesu xp̃i in omnes & super oẽs qui credũt in eum. Non enim est distinctio. Oẽs eñi peccauerũt: & egẽt gloria dei. Iustificati gratis per gratiã ipsius; per redẽptionem que est in xp̃o Iesu: quẽ ꝓposuit deus propiciatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius ad ostẽssionem iusticiæ suæ: ꝓpter remissionem præcedẽtium delictorũ in sustẽtationem dei ad ostẽssionem iusticiæ eius in hoc tempore; vt sit ipse: iustus & iustificãs eum qui ex fide est Iesu christi.

Feria. vi. Petri aposto. ij. Cap̃. i.

CHarissimi. Non indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis dñi nostri Iesu christi virtutẽ & præsciẽtiam; sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiẽs enim a deo patre honorem & gloriam voce delapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est eñ filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de cœlo allatã; cum essem⁹ cum ipso in monte sancto. & habem⁹ firmiorẽ ꝓpheticũ sermonẽ cui bñfacitis attẽdẽtes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat & lucifer oriat̃ in cordib⁹ vr̃is. Hoc primũ intelligentes; quod oĩs ꝓphetia scripturæ ꝓpria interpretatione nõ fit. Non eñ volũtate humana allata est aliquãdo ꝓphetia; sed spiritu sancto inspirati locuti sunt in sancti dei homines.

¶ Feria. v. sequenti.

NOn indoctas fabulas. Ex. ij. Petri Epistola cap̃. i. Dicitur namq̃ hæc epistola: quia hoc tempore tria miracula simul eccl'ia celebrat. scilicet. de magis. de nuptijs in cana. de testimonio sp̃us sc̃ti in baptismate Christi. Dicit igitur notũ. &c. Virtutem Christi. quãtum ad miracl'a. Pręsciẽtiã: quia qua deus est: oĩa nouit ab ęterno. facti speculatores: quia ocl'is nostris vidimus. Illius magnitudinis hoc factũ est cum Iesus baptizaretur: sed tunc Petrus non aderat. sed postea cum est transfiguratus coram Petro. Iacobo & Ioanne. Honorẽ. i. honoris testimonium: quod ipsum honorificum est. A magnifica gl'ia. i. a deo pr̃e. Huiuscemodi. s. hic est fili9. &c. Mihi cõplacui. idest quo ego delector. Essemus. ego. (scilicet) cũ Iacobo & Ioanne. Et habemus. Alterã viã certitudinis ex scripturæ sensu ostendit. Firmiorẽ. nõ vt ad Petrum hoc referat. qui gloriam xp̃i vidit. sed ad alios qui nõ viderũt. Attẽdẽtes donec cognoscatis verã lucem: sicut qui ambulãt in tenebris lucernã pręse ferẽtes. Propria interp̃tatiõe. i. nõ fit sensu humano: & cuiusq; hoĩs ꝓprio. Volũtate humana. i. ab hoĩe: sed vt statim subdit a sp̃u sancto q̃ per hoĩes est locutus.

¶ In octaua epiphaniæ.

DOmine deus honorificabo te. Ex Esaia pluribus in locis in quib9 fit mentio de baptismo & spūs sancti testimonio de Christo. Nam hoc quod in primis dicit sumptum est.ex cap̄.xxv. Ex¦traslatione græca. nam in hebræo sic habetur.domine deus exaltabo te: & confitebor nomini tuo. Pro consilium antiquum verum: in hebręo: cogitationes antiquas fideles: & est appositio ad superiora. Nam quod sequit: fiat: non habet suppositū in eo quod est cōsilium: sed est aduerbiū asseuerantis: pro quo in hebræo legitur amen. Domine exelsum est brachium tuum. Ex Esaia. cap̄.xxxvi. In hebręo domine exaltet manus tua. Deus Sabaoth.i.militiarum. Corona spei ex eodē. ca. xxviij. in hebræo. In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ. Quod vero sequit exultet desertum vsq; ad illum locum maiestatem dei: non habetur in græco: neq; in hebraico. Et erit congregatus redemptus per deū. In hebræo: Esaiæ.ca.xxxv. Et ambulabunt: qui liberati fuerunt. & redempti a domino conuenient in sion cum laude & leticia sempiterna: quæ omnia pertinent ad Christi baptisma & christianorum. Et aperiam in montibus flumina. Ex eodē.ca. xli. pro quo in hebræo legitur. Et aperiam in supinis collibus flumina. & in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum: & terram inuiam in riuos aquarum. Ecce puer meus. Ex eodem ꝓpheta.cap̄.lij. pro quo in hebræo legitur. Ecce intelligit seruus meus: & exultabitur & eleuabitur & sublimis erit valde. Haurietis aquas. Ex eodem cap̄.xij. adiectū est hoc. sed pro eo quod in græco est virtutes eius: in hebræo est ad inuentiones eius.

In octauis epiphaniæ. Esaiæ. Cap̄.xij.

DOmine deus me9 honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res. Consiliū antiquū verum fiat. Domine excelsum est brachium tuum deus sabaoth: corona spei: quæ ornata est gloria. Exultet desertum: & exultent solitudines iordanis; & populus meus videbit altitudinem domini & maiestatem dei. Et erit congregatus & redemptus per deum. Et veniēt in sion cum laude & lætitia sempiterna: super capita eorum laus & exultatio. Et aperiam in montibus flumina: in campis fontes dirumpam; & terram sicientem sine aqua confundam. Ecce puer meus exaltabitur: & eleuabitur: & sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris; & dicetis in illa die. Confitemini domino: & inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius. Cantate domino: quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuersa terra. Dixit dominus omnipotens.

Dominica secunda post epiphaniam: Pauli ad Romanos. Cap.i.

¶ Dominica secunda post epiphaniam.

HAbētes donationes. Ex epl'a ad Romanos cap. xij. & sequitur statim post epl'am quæ legebat̄ dn̄ica post epiphaniā. Vbi dictū est in calce ipsius eplæ. singuli aūt alter alterius mēbra: & tūc sequit̄. Habētes donationes. i. cōmunicantes diuersa dona quæ accepistis a deo. & est ꝑlepsis: quæ deinde per partes explicatur: siue habēs ꝓphetiā &c. Scd̄m rōnē fidei idest earꝫ rerū quæ ad salutē aīarꝫ ptinēt. Qui exhortat̄. i. q obsecrat alios nam idē verbū est hic & in principio capitis: vbi dixit obsecro vos. In simplicitate. i. non alia causa nisi ꝓpt̄ deū. nā si alia ex causa id faceret: non esset op9 charitatis. In solicitudine. illorꝫ qb9 pręest. In hilaritate. qa datorē hilarē diligit de9 Gaude te cū gaudētib9. In gręco gaudēdo gaudētib9: hoc est ꝑ infinitiuū quē nos in gerūdiū vertim9. Idipm̄ sentiētes. In græco idē sapiētes. sed videt̄ referri ad illud quod nō aliud mēte sentiam9 aliđ ore loquamur. Non alta sapiētes qa dixit alibi nō plus sapere q̄ꝫ oportet sapere. Cōsentiētes. modo illi vera & bona ꝓferāt.

FRatres. Habētes donatiōes secūdū gratiam quæ data est nobis differētes: siue ꝓphetiā secūdum rōnē fidei; siue ministeriū in ministrādo. Siue q docet i doctrina. Qui exhortat̄: in exhortādo. Qui tribuit; in simplicitate. Qui pręest in solicitudine. Qui miseret̄ in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malū; adhęrētes bono. Charitatē fraternitatis inuicē diligētes; honorē inuicē præueniētes. Solicitudine nō pigri; spū feruentes; dn̄o seruiētes. Spe gaudentes; in tribulatione patientes; orōni instātes. Necessitatibus sanctorꝫ cōmunicantes. hospitalitatem sectātes. Benedicite persequētibus vos: bn̄dicite & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete: cum fletētibus. Idipsum inuicem sentiētes. Non alta sapiētes; sed humilibus consentientes.

Fer. iiij. beati Pauli ad Colossen̄. Cap. i.

FRatres. Audiistis dispensationē dei: quę data est mihi in vobis: vt impleā verbū dei. Mysterium quod abscōditū fuit a sæculis & gn̄ationibus: nūc aūt manifestū est sanctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramēti hui9 in gētib9; quod est xp̄s in vobis spes glorię quē nos annunciam9 corripiētes omnē hoīem; & docentes in om̄i sapiētia: vt exhibeam9 omnē hoīem perfectū. In xp̄o iesu dn̄o nostro.

¶ Feria. iiij. sequēti.

AVdistis dispensationē. Ex epistola Pauli ad Colossēses. cap. i. Et pendet hoc mēbrū ex sup̄iorib9. vn̄ accipiē verbū illud audistis. Quæ data est mihi. quia sum apostolus prædicans gētibus euāgeliū, in quarum numero sunt Colossen̄. Mysteriū appositio ad id quod dixit verbū. Manifestū. i. per xp̄m reuelatū. Sacramēti hui9. idē est mysteriū græce qđ sacramētū alicui9 occultæ rei. Quod. s. sacramētū est xp̄s: in quo reposita est om̄is spes vestra. In græco tamē qui est xp̄s genere masculino nō hoc. Corripiētes. in gręco admouētes legitur.

FIdelis sermo. Ex epistola .i. ad Timotheum cap. i. Fidelis sermo .i. verus & dignus qui ab omibus accipiatur: & quis ille sermo sit: statim subiungit dicẽs: quod xp̄s & cętera quæ sequūtur. in hunc mundum in græco non est hunc: sed tātum in mundum. Omnem patientiam: idest vt omia paterer: vt alios homines lucrifacerem. Soli deo. deest ab eo quod est in græco sapiēti. sic soli sapiēti deo honor & gloria. & subaudiēdum est verbū substantiuū sit.

¶ Dominica tertia post epiphaniam.

NOlite esse prudentes. Ex ep̄la Pauli ad Romanos. capite .xij. Et sunt verba q̄ sequunt̄ e vestigio post epistolā quæ legebatur in dn̄ica pręcedenti. Prudētes apud vosmetipsos: idest opiniōe vestra. q̄m hoīes plerūq; fallunt̄. Nō tantū coram deo. hoc totum superfluit. nā sic in græco legitur. Prouidētes bona corā oībus hominibus. Quod ex vobis est. i. quātum in vobis est. Non vos defendētes. melius in græco non vos vindicātes. Iræ. quæ a phisicis definit̄ tū sanguinis inflāmatio: tū vindictæ appetitus. Scriptū est in Deuteronomio. capi. xxxij. mea (inquit) est vindicta siue vltio. In græco quoq; mihi vindicta nō vindictā: vt est in latinis codicib9. Carbones ignis: quia bn̄ficiens illi: mitigabis illum & tibi recōciliabis. Noli vinci .i. incidere in odiū ꝓxi mi. In bono malū: i. inflāmantia te in illius odiū.

¶ Feria .iiij. sequenti.

Feria sexta. Beati Pauli ad Timotheum prima. Capite .i.

CHarissimi. fidelis sermo & omni acceptione dignus; quia Iesus xp̄s venit in hunc mūdum peccatores saluos facere quorum primus ego sum. Sed ideo miam consecutus sum; vt in me primo ostenderet christus Iesus omnem patiētiam: ad informationem eoꝶ qui credituri sunt illi in vitam ęternam. Regi autem sęculoꝶ immortali inuisibili soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Dn̄ica .iij. Beati Pauli ad Ro. Cap̄ .xij.

FRatres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos; nulli malū pro malo reddentes. Prouidentes bona; non tantum coram deo; sed etiam corā omnibus hominib9 pacem habētes. non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locū iræ. Scriptum est enim. Mihi vindictā; & ego retribuam; dicit dominus Sed si esurierit inimicus tuus. ciba illum. Si sitit; potum da illi. Hæc enim faciēs carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malū.

Feria .iiij. Pauli ad hæbreos. Cap̄ .iij.

FRatres. Considerate apostolum & pōtificem confessionis nostræ Iesu qui fidelis est ei: qui fecit illū: sicut & moses in omni domo eius. Tanto amplioris enim gloriæ

COnsiderate apostolum & pontificem. Ex epistola Pauli ad hebræos. Cap̄. iij. In quo posteaquā apostolus declarauit excellentiā noui testamenti ad vetus: per hoc quod Christus excellit angelos: nunc ostēdit

idē per hoc quod excellit Mosen. Apl̄m: idest missum siue legatum. Sicē̄m apl̄us interpretatur. xp̄s igitur apl̄us est: idest missus a patre quod ipse dixit: sicut misit me pater: & ego mitto vos. Qui fecit illud. subaudi pontificem. neq̄ em̄ a patre est filius factus: sed genitus: sed potius fecit ꝓ eo quod est præficit positū est: quod est consentaneū ei qđ sequit̄: sicut & moses sub pręfect9 est. Iste præ Mose: idest xp̄s quam moses. Ampliorem honorē habet dom9. cō̄structio est græca. nam illi comparatiuum genitiuo iungūt: at latini ablatiuo. ergo latine dicē̄dum erat ampliorem domo. Quæ domus sumus nos. In græco cuius: scilicet christi domus nos sumus & cuius refertur ad filium.

iste præ mose dignus habitus est; quāto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nāq̄ domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus est. Et moses quidem fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus vero tanq̄ filius in domo sua. Quæ domus sumus nos: si fiduciam & gloriam spei vsq̄ finem firmā retineamus.

Feria. vi. Ioannis apl̄i. i. Cap̄. ij.

CHarissimi. Qui dicit se in luce esse & fratrem suū odit: in tenebris est vsq̄ adhuc. Nam qui diligit fratrem suū: in lumine manet: & scādalum in eo nō est. Qui aūt odit fratrem suum: in tenebris est; & in tenebris ambulat: & nescit quo eat: quoniā tenebrę obcęcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli: quoniam remittuntur vobis peccata ꝓpter nomē eius. Scribo vobis patres: quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes: quoniam vicistis malignū. Scribo vobis iuuenes: quia fortes estis & verbum dei manet in vobis & vicistis malignum.

Feria. vi. sequē̄ti.

QVi dicit se in luce esse. Ex epistola Ioan. i. cap. ij. In quo posteaquā apl̄us multa pręcepta ꝓposuit: subiungit & hoc quod pertinet ad ꝓximi dilectionē: & quia pauloante dixit: qđ tenebræ trāsierunt: & verum lumē: iam lucet: infert. Qui dicit se in luce esse. i. in veritate euāgelica &c. In tenebris. i. in ignorātia & vmbra legis mosaicæ. Nescit quo eat. i. non habet certum vitę finem cō̄stitutum. Scribo vobis. ad eos peculiariter qui sunt ab illo baptizati. quos vocat im primis filiolos. in spiritu generatos. Nomē eius. in quo. i. christi baptizati estis. Patres. quorum est maior autoritas qui ab initio est: idest verbum incarnatum. Adolescentes. qui in ętate lubrica positi vicistis diaboli tentationes. Infantes. qui tamen aliquem rationis vsum habent: alioqui quomodo poterāt cognoscere deum. Iuuenes atq̄ proinde fortioris ętatis ad vincendum insidias diaboli.

Dominica quarta post epiphaniam.

NEmini quicq̃. Ex epistola Pauli ad Rom. cap. xiij. Vbi ap̃lus postea q̃ ostendit quod minores debẽt maiorib9 tributũ & honorem: hic ostẽdit quod etiam debẽt dilectionem. Diligit proximũ. q̃m in dilectione ꝓximi cõpletur lex queadmodum in dei dilectione incipit. Hinc eñi pendent leges & ꝓphetæ. In græco non est qui diligit ꝓximum: sed qui diligit alium: vt extẽdat se ad deum. Nam prime tabulæ præcepta ordinant ad dei dilectionẽ: & secũdæ ad ꝓximũ. Non operatur malum: idest nõ infert nocumẽtum ꝓximo & illud ꝓximi datiu9 est potius: vt sit ordo. dilectio nõ operatur malum proximo.

¶ Feria. iiij. sequenti.

SIcut per vnum hominem. Ex eadẽ epistola ad Romanos. ca. v. In quibus verbis ap̃lus ostendit humanæ iustificatiõis modum. per cõparatiõem morbi ad medicinã: quia sicut per primum hominẽ peccatum ita per xp̃m redemptio. Per vnum. s. Adam. In hunc mũdum. In græco non est hũc: sed tãtum in mũdum. Et ita. & quoq̃ coniunctio superfluit. nã est quo iũgit altera pars cõparationis. In quo. s. primo hoĩe. Vsq̃ ad legẽ antipophora est. nã diceret aliq̃s ante datã Mose legẽ non erat peccatũ: q̃a vt ait Aristoteles anteq̃ ferat lex nõ refert hoc vl' illo modo agere. Peccatum nõ imputabat. i. reputabatur. Sed regnauit mors. solutio est q̃stiõis. nã mors pœna fuit p̃cti originalis: quõ ergo pueri qui nõ peccauerũt moriebant? Nimirũ: q̃a in Adã oẽs peccauerũt In siĩ'itudine. q̃a sum9 ex eo ꝓpagati. Forma futuri. i. xp̃i q̃ est Adã sc̃ds. Delictũ. s. Adę. Ita donũ. i. xp̃i grã: q̃a multo maius fuit xp̃i donũ quã Adæ p̃cm̃. In græco nõ vt per vnũ peccantẽ donũ. Ex vno. s. p̃ctõ Adæ. In cõdẽnationẽ. s. aliorũ. In plures abũdauit. q̃a magis excedit in bono q̃ p̃ctm̃ in malo.

Dñica. iiij. beati Pauli ad Rom̃. Cap̃. xiij.

FRatres Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui eñi diligit ꝓximum; legem impleuit. Nam nõ adulterabis. non occides. non furaberis. non falsum testimoniũ dices. non concupisces rem ꝓximi tui. & si quod est aliud mandatũ; in hoc verbo instauratur. Diliges ꝓximũ tuum sicut teip̃m. Dilectio ꝓximi malum nõ operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Feria. iiij. beati Pauli ad Rom̃. cap̃. v.

FRatres. Sicut per vnum hominẽ in hũc mundum peccatum intrauit; & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt: in quo omnes peccauerũt. Vsq̃ ad legem enim peccatum erat in mũdo. Peccatum autẽ non imputabatur cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam vsq̃ ad Mosen: etiam in eos qui non peccauerũt in similitudinem præuaricationis Adę: qui est forma futuri. Sed nõ sicut delictum ita & donum. Sicut enim vnius delicto multi mortui sunt; multo magis gratia dei & donũ in gratia vnius hominis Iesu christi in plures abũdauit. Et nõ sicut per vnum peccatum ita & donũ. Non iudiciũ ex vno in cõdẽnationẽ: grã aũt ex multis delictis in iustificationẽ.

¶ Feria sexta sequenti.

SIcut per vnius delictum. Ex eadem epistola & Cap. v. Et est ꝙ infertur ex superioribus: & lectio est manifesta: nisi quod ꝓ eo quod dixit obedientiam potuit dicere obeditionem. Lex: scilicet Mosaica. Subintrauit: idest successit legi naturali. vt abundaret delictum. quia quo pluribus legibus: obnoxij sumus: eo amplius delinquim9: sed delicti causa non est in lege: sed in nobis. Super abūdauit gratia. sub Chisti lege: quia sicut delictum tendebat ad mortem: ita & gratia perducit ad vitam ęternam.

Fer. vi. beati Pauli. Ad Rom. Cap. v.

FRatres. Sicut per vnius delictū mors in omnes homines in condemnatione: sic & per vnius iusticiam gratia in omnes homines iustificationem vitæ. Sicut enim per inobediētiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiam iusti constituti sunt multi. Lex enim subintrauit; vt abundaret delictum. vbi autem abundauit delictum: superabundauit & gratia. Vt sicut regnauit peccatum ꝑ mortem: ita & gratia regnet per iusticiam in vitam æternam.

Dn̄ica. v. beati Pauli. ad Coloss. Cap. iij.

FRatres. Induite vos sicut electi sancti dei & dilecti; viscera mię. Benignitatē; hūilitatē mā suetudinē; modestiā. patiētiam: supportātes inuicē & donātes vobismetipsis. Si qs aduersus aliquē hēt q̄relā: sicut dn̄s donauit vobis: ita & vos. Sup oīa aūt hęc charitatē hētes qd̄ est vīculū ꝑfectiōis. Et pax xp̄i exultet in cordib9 vr̄is: in qua vocati estis in vno corpe & grati estote. Et verbū xp̄i habitet in vobis abundāter. In om̄i sapiētia: docētes & cōmonētes vosmetipos ī psalmis hymnis & cāticis spūalib9: in gr̄a cātātes in cordibus vr̄is deo. Omne qd̄cūq; facitis in verbo aut in ope: oīa in noīe dn̄i nostri Iesu xp̄i gratias agētes deo & patri per ipsum.

¶ Dominica quarta post epiphaniam.

INduite vos sicut electi. Ex epistola Pauli ad Colossen. Cap. iij. In quo posteaquam apostolus Colossenses in fidei veritate & moribus instituit: nūc illos in homines primum: deinde deum ordinat. Dicit igitur induite vos viscera misericordiæ. quantum ad pietatis opera. Electi dei: idest quos deus elegit & prædestinauit in bonum. Supportantes. alter alterius onera sustinentes. Donantes. inuicem offensas remittētes. Dominus donauit. In græco non dominus: sed Christus legitur. Super omnia hæc charitatem. repete a superioribus induimini. nam habete ab aliquo est adiectū cum in græco non habeatur. Vinculum. quia peculiaris christianoꝝ virtus. Et pax xp̄i. hic ordinat illos in deum. Pax xp̄i. de qua dixit pacem meam relinquo vobis. Exultet. ferueat & buliat. Vno corpore. s. eccl'iæ cuius caput est xp̄s. Grati. nō tātum de bn̄ficijs acceptis: sed læti potius & hilares.

¶ Feria. iiij. sequēti.

SCimus quoniam iudicium dei. Ex epistola Pauli ad Romanos. Cap. ij. In quo posteaq̄ reprehendit Apostolus gentilium peccata: hic consequenter arguit iudęos dicens. Quod licet inter peccata occulta & manifesta sit differentia quātum ad humanum iudicium: per quod tātum puniūtur manifesta: tamē quātum ad diuinum iudiciū nō est differētia. eo quod punit nō minus occulta q̄ manifesta: quia vtraq̄ sunt illi æque nota. Secūdum veritatem. idest secundum iusticiæ veritatem. Qui nequiter agūt In epistola Pauli est qui talia agūt: pro nequiter agūt. Idem em̄ est sensus quia refertur ad gentiliū peccata & similiter ꝓpter eo quod sequitur impie agūt: habetur in originali talia agūt. Facis ea. occulte quæ illi faciunt publice. Iudiciū dei. quasi dicat: nō effugies. An diuitias cōtemnis. i. abundātiam misericordiæ qua te expectat ad pœnitētiā. Adducit quantum est in se: tu tamē illius volūtati resistis. Thesaurizas iram idest accumulas pœnam in die iræ. i. iudicij. a deo tibi irato. Iis quidē hoc est bonis: qui non sunt abusi dei patiētia: sed in tempe sunt illi recōciliati. Qui secūdum patientiam superfluit qui. neq̄ enim est verbū ad quod referatur: & est ordo. ijs scilicet quęrētib⁹ &c. & est repetēdum a superiorib⁹ verbum reddet. Ex contemptione: idest ex contemptu & inobedientia. Ira indignatio &c. subaudierunt.

Fer. iiij. beati Pauli ad Romanos. ca. ij.

FRratres. Scimus enim quoniā iudiciū dei est secundum veritatem in eos qui nequiter agunt. Existimas autem homo qui iudicas eos qui impie agūt: & facis ea quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius; & patientiæ; & longanimitatis eius cōtemnis? Ignoras q̄m benignitas dei ad pœnitentiam te adducet? Secūdum duritiā aūt tuam; & cor impœnitēs thesaurizas tibi iam in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei; qui reddet vnicuiq̄ secūdum opera sua. Iis quidem qui secūdum patiētiam boni operis gloriam & honorem & in corruptionem quærentib⁹ vitā æternā. His autē qui sunt ex cōtemptione & qui nō acquiescūt veritati credunt autē iniquitati; ira & indignatio, tribulatio & angustia; in omnē animam hominis operantis malum; iudæi primum & græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum iudęo primū & gręco.

Fer. vi. beati Pauli ad Roma. Cap. ij.

FRatres. Non est personarum acceptio apud deum. Quicūq̄ enim sine lege peccauerint; sine lege peribūt. Et quicūq̄ in lege peccauerunt: per legem iudicabuntur. Non em̄ auditores legis iusti sunt apud deū sed factores legis iustificabūtur. Dum enim gentes quæ legem non habēt naturaliter ea quæ legis sunt faciūt; eiusmodi legem non

¶ Feria. vi sequenti.

NOn est personarum acceptio. Ex eadem epistola ad Romanos. cap. ij. Et sequūtur statim hęc verba post finē superioris epistolæ. & in primis remouet errorē iudæorum putantiū: quod ꝓpterea quod erant

gens peculiaris deo futuri erãt minus puniẽdi. Acceptio. i. gratificatio: qa deus scdm merita siue bona siue mala cuiq; reddit. Sine lege. s. scripta: hi erant gentiles: qui peccauerunt contra legẽ naturæ. In lege. s. scripta & tradita per Mosen. Qui legẽ nõ habent. subaudi scriptã. habẽt tñ legẽ naturalẽ scriptã in cordibus suis. Ideo dicit qđ ipsi sunt sibi lex. Legẽ nõ habẽtes. subaudi mosaicã. Testimoniũ reddẽte: qa naturalis rõ assentit bono & dissentit malo. Cognitionũ. per eundẽ casum debuit hoc dici: hoc est & cogitationibus accusantib9 & defendentib9: qa & cõiunctio similes casus debet iungere. In die. pro vsq; in diẽ vltimi iudicij: qđ erit p xpm

habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostẽdunt op9 legis scriptum in cordibus suis. Testimoniũ reddente illis cõscientia ipsorũ: & inter se inuicẽ cogitationum accusantium: aut etiã defendentium in die: qua iudicabit deus occulta hominum secundũ euangelium meum. Per iesum christum dominũ nostrum.

Dominica in. lxx. Pauli ad. Corinthios prima. Cap. ix.

FRatres. Nescitis q hi qui in stadio currunt: oẽs quidem currrunt: sed vnus accipit brauium: Sic currite vt comprehẽdatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiãt: nos autẽ incorruptam. Ego igitur sic curro: nõ quasi in incertum. sic pugno: non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte cũ alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres; quoniã patres nostri sub nube

Dñica in. lxx.

NEscitis qđ hi q in stadio. Ex prima Corinthiorũ epl'a Pauli. cap. ix. & cap. x. in quib9 postea q̃ instituit Chorinhtios suo ipsius exemplo: nũc idẽ facit illorum exẽplo qui se ad ludos Olympicos parant: quia nemo coronat̃ nisi qui legitime certauerit: atq; iõ ecclesia legit hodie hãc epistolã: vt ieiunantes & pœnitentes expectent victoriæ suæ præmiũ. Ideo dicit. nescitis: quasi dicat: optime hoc scitis: quia neminẽ hoc latet. In stadio. sic appellatur loc9 in Olympia Elidis: vbi q̃rto quoq; ãno ludi Olympici celebrabant̃. inter quos erat certamẽ curule: in quo victor coronam reportabat. Brauiũ. i. pmiũ quod certãtib9 ꝓponitur: vnde & agonithetę. i. ludorũ prefecti brabeutę cognominantur. duos barbarismos in vno verbo cõmittũt imperiti. alterum in scripto qđ scribũt brauiũ per. u. consonantem ꝓ. b. alterũ in prolatione: qđ cũ penultima scribat̃ per ei diphthongõ, atq; proinde sit longa, reijciunt accẽtũ in tertiã a fine. Vt cõprehẽdatis: scilicet premiũ victoriæ. In agone. i. in certamine. Abstinet ab omnib9. subaudi quæ vires corporis eneruãt: aliq athletę (vt dicit Aristoteles) ex multo cibo & exercitio vires augebãt. Incorruptã. rectius dixisset incorruptibilẽ. In incertũ. quia vt scribit ad Timotheũ: sciebat repositã sibi coronã iusticiæ. Aërem verberãs. i. qui vires inaniter fundit. Castigo. id qđ faciũt athletæ qui se exercent. Nolo eñ. capitis sequentis initiũ est: vbi occurrit apostolus quorundã falsę opinionũ

dicentium nos in christo baptizati spiritũ sanctum accepimus: igitur coronã glorię accipiemus? Nequaq̃ inquit ita est: sed ex figura veritas agnoscenda est: & ita ad præmium nobis est perueniendũ: quẽadmodum neq̃ filij israel interuenerunt in terram promissionis: quia detenti fuerunt: tum in deum murmuratione. tũ gula. &c̃. In nube. quę per diem illos pręcedebat. Exod. xiij. Baptizati sunt sub mose. nã transitus maris sub mose duce: & nubis proptectio baptismum figurabat. Escam spiritalem. idest manna. quod significabat eucharistiã: hoc est cibum spiritalem. Consequẽti petra. nam superfluit eos: neq̃ enim christus venerat: sed venturus erat. igit̃ petra quæ futura erat: hoc est christus: qui per petram illã significabatur: igitur recte sequente petra: non quæ sequuta est.

omnes fuerunt: & om̃es mare transierũt: & oẽs in mose baptizati sunt in nube & mari. Et omnes eandẽ escam spiritualem manducauerunt: & om̃es eundem potum spiritalem biberunt. Bibebãt autẽ de spiritali consequenti eos petra. Petra autẽ erat christus.

¶ Feria quarta sequenti.

FEstinemus ingredi. Ex ep̃la Pauli ad Hebręos. c. iiij. In quo postea q̃ ostendit exemplis quærendũ nobis esse requiem: quoniam ipse mundi conditor septimo die requieuit: & laborantibus quadraginta annis in deserto ꝓpter peccata reges denegatur dicente. Psalmographo. Si introibũt in requiem meam: tũc infert. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: quæ quidem festinatio est per fidem in primis: deinde per charitatem. In idipsum. idest in cõsimilem incredulitatis pœnam: quæ sit alijs exemplũ. Sermo dei. i. verbũ diuinũ qđ humanã sumpsit naturã. Viuus. pro viuidus. Efficax. de quo Sapiẽtiæ. vij. omnium enim est artifex. Penetrabilior. actiue: vt Vergilius. penetrabile frigus adurat. Ancipiti. idest ab vtraq̃ parte acuto. Animæ. qua viuimus. Spiritus. quo sapim9. Cõpagũ. qa corp9 nostrũ ossibus & neruis cõpactũ est. Cogitationũ. q̃ soli deo sunt notæ. Ad quẽ. ꝓ deq̃. ꝓpositio ꝓ pręposi tione. Habentes ergo. festinandum igitur nobis est: quia habemus põtifi-

Feria quarta beati Pauli. Ad Hebræos. Cap. iiij.

FRatres. Festinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsq̃ ad diuisionem animæ ac spiritus. compagum quoq̃ ac medullarum: & discretor cogitationum & intentionum cordis. & non est alia creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius: ad quẽ nobis sermo. Habentes ergo pontificẽ magnum: qui penetrauit cœlos iesum filiũ dei: teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per om̃ia pro similitudine absq̃ pecca-

tem.&c. Confessionem. ore & opere credendo & sperando. Infirmitat ib9 quia dolores nostros ipse portauit cum carne nostra: iuxta illud Esaię. Vere languores nostros ipse tulit. Tentatum. quia habuit carnis nostræ similitudinem. sed absq; peccato & in eo dissimilem. Misericordiam consequamur. ingrediendo in requiem. Opportuno. idest tempore gratiæ.

to. Adeam9 ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: misericordiam consequamur: & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Per iesum christum dominum nostrũ.

Dominica in. lx. Pauli ad Corinthios secunda. Cap̃. xi.

FRatres. Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit. Si quis deuorat: si quis accipit: si quis extollit; si quis in faciem vos cędit. Secundũ ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerim9 ĩ hac parte. In quo quis audet. in insipientia dico: audeo & ego. Hebrei sunt & ego. Isralitæ sunt: & ego. Semẽ Abraę sunt: & ego. Ministri xp̃i sunt: & ego. vt minus sapiẽs dico; plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis supra modum: in mortib9 frequenter. A iudæis quinquies quadragenas vna min9 accepi. Ter virgis cęsus sum; semel lapidatus sum: ter naufragium feci. Nocte & die in profundum maris fui. In itineribus sæpe: periculus fluminũ: periculis latronum: periculis ex genere; periculis ex gentibus. Periculis in ciuitate; pericilis in solitudine: periculis in mari; pericl'is in falsis

¶ Dñica in sexagesima.

LIbenter suffertis. Ex epistola Pauli ad Chorinthios. ij. cap̃. xi. Et quia in principio capitis dixerat: vtinam sustineretis modicũ quid insipiẽtię meæ: nũc infert libenter suffertis. &c̃. sed substinetis alios & me quoq; opinor sustinebitis: qui non sum adeo molestus: vt illi. In seruitutẽ. s. legis Mosaicæ: quod faciebant pseudo apostoli. Deuorat & accipit: scilicet bona vestra. Extollitur. iactãdo se apud vos. Secundum ignobilitatẽ. idest quasi non fuerim9 nos adeo arrogantes: vt non possemus illa apud vos facere sed fuimus in hoc pudẽtiores: quam illi. In quo quis audet. scilicet illoꝝ commẽdando se: & ego quoq; possum me commendare. In insipientia: quia insipiẽtiæ videtur esse commẽdare seipsum sed quia illi se iactãt apđ vos: & ego quoq; possum: & quidem iusti9 q̃ꝫ illi. Hebręi sunt. & c̃. hęc sunt de quibus illi se iactabant. Minus sapiens. idest per insipiẽtiam: vt supra dixit: sed re vera hoc dixit: quomodocũq; ab aliis accipiat quod multis modis ostẽdit. In laboribus. & c̃. hæc partim scripta sunt in apostolica historia: quam Lucas scripsit. partim in eiusdem Pauli epistolis. partim nusq; scripta: & tñ ab ap'lo vere tolerata. In mortib9. i. in p̃iculis mortis.

Quadragenas.s.plagarũ. Vna minus:idest dempta vna plaga.ex eo quod in deut.cap.xxv.scribitur:quod pro culpis leuioribus infligebantur verbera:ita vt non excederent numerum quadragenarium, atq iudicũ arbitrio inde adhuc aliquid remitteretur:ideo dixit vna minus. In profundo:idest in mari qđ tũ altum: tum profundum appellatur. Ex genere.s.meo.hoc est iudæis.Ex gentibus.idest gentilibus: quæ extrinsecus sunt: quoniã omia superiora exteriora mala sunt: sed ecclesiarum solicitudo est cura interior: & quæ magis premunt q̃ illa exteriora. Infirmatur. siue in corpore:siue in animo.Non infirmor.condolens illius ęgritudini. Scandalizatur: idest peccat alterius exemplo.Non vror idest ex eo facto torq̃or Non expedit. idest non est vtile.& que sequuntur sumpta sunt ex capite sequenti:hoc est duodecimo .& quãq dixit non expedit: nihilominus narrat. Huiusmodi hominem. de seipso quasi de alio loq̃tur. In corpore. anima non exclusa Extra corpus. anima separata a corpore. Arcana verba.In gręco ineffabilia. Nihil.in græco:nõ gloriabor. Non ero insipiens. de qua insipientia iam supra loquutus est.Quod videt in me.i. in conuersatione mea. Audit ex me:idest de doctrina mea.Extollat me. in superbiam. Stimulus carnis.in græco palus siue verber. Angelus sathanę.immo sathanas in recto casu.Qui me colaphizet.in morem triumphantium(vt ait Hieronymus.Ter rogaui.numerus finitus pro infinito. Gratia mea.per quam poteris mala illa tolerare. Virtus christi:idest fortitudo & tollerantia laborum.

fratribus ;In labore & ęrũna; in vigilijs multis,In fame & siti, in ieiunijs multis , In frigore & nuditate; pręter illa quæ extrinsęcus sunt ; instantia mea quotidiana;solicitudo omniũ ecclesiarũ.Quis infirmatur;& ego non infirmor? Quis scandalizatur; & ego non vror? Si gloriari oportet; quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri iesu christi;qui est benedictus in sæcula;scit q non mentior.Damasci prępositus gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum; vt me comprehenderet, Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum; & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet;non expedit quidẽ. Veniam autẽ ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in christo ante annos quattuordecim siue in corpore; siue extra corpus nescio:deus scit ; raptum huiusmodi vsq ad tertiũ coelum. Et scio huiusmodi hominem; siue in corpore ; siue extra corpus nescio: deus scit;qm̃ raptus est in paradisum; & audiuit arcana verba ; quæ non licet homini loq.Pro huiusmodi gl̃iabor; ꝓ me aũt nihil;nisi in infirmitatibus meis.Nã & si voluero gl̃iari;nõ ero insipiẽs. Veritatem eñ dicã. Parco autem ne quis me existimet supra id qđ videt in me;aut audit aliq̃d ex me.

¶ Feria quarta sequenti.

Recogitate enim eum. Ex epistola Pauli ad Hebræos cap. xij. In quo apostolus admonet hebreos: quomodo se habere debēt circa aduersitates. Dicit igitur. recogitate eum. idest christū. Aduersus semetipsum. appellabāt enim eum hominem voracem & vini potorem. Vsq; ad sanguinē. idest sanguinis effusionē. Cōsolationis. idest cōsolatoris: is est, Salomō prouerbiorum Capite. iij. paucis verbis immutatis. Filium quē recipit. subaudi in filiū: neq; abdicat aut exheredat. Tanq; filijs. quasi dicat: vt pater: non vt tyrānus seruis. Quem non corripit. quasi eum negligit non est pater: sed alienus. Extra disciplinā scilicet paternā: iam non estis filij: sed spurij aut alieni. Deinde patres: deinde arguit ab exemplo. & est a minori a maius.

Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus est mihi stimulus carnis meę: angelus sathanę: qui me colaphizet. Propter quod ter dominū rogaui: vt discederet a me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus christi.

Feria. iiij. btī Pauli ad Hebręos. Cap̄. xij.

FRatres. Recogitate enim eū qui talem substinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionē: vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondū enim vsq; ad sanguinē restitistis. aduersum peccatum repugnantes. Et obliti estis consolationis quæ vobis tanq; filijs loquitur: dicens. Fili mi noli negligere disciplinam domini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim dn̄s diligit: castigat. flagellat autē oēm filium quem recipit. In disciplina perseuerate: tanq; filijs vobis se offert deus. Quis eñ filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis: cuius participes facti sunt oēs: ergo adulteri & nō filij estis. Deinde patres quidē carnis nostrę habuimus eruditores: & reuerebamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spūum & viuem⁹.

Feria. vi. Btī Pauli ad Hebręos. Cap̄. xij.

FRatres omnis autē disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij: sed mœroris: postea autē fructum pacatissimū exercitatis per eam reddet iusticię. Propter

¶ Feria. vi. sequenti.

OMnis disciplina. & est sumptū ex eadem epistola & capite. Sequit̄ nāq; post verba superioris epistolæ. Om̄is disciplina. &c̄. Non videtur esse gaudij immo doloris. Fructū pacatissimum: idest pacificum & delectabilem. Remissas man⁹: idest lāguētes & dissolutas: qđ est peccatum omissiōis: non faciendo bonum. Gressus rectos. fugiēdo cōmissionis peccatum: & sunt translationes aptissimæ. Claudicans erret. idest incedens claudus cadat. Sine qua: scilicet pace aut sanctimōia. Nemo videbit deū. Ad illđ respicit. Matthęi. v. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Ne quid desit. quia homo

peccans deest gratiæ dei subtrahēdo se ab illa per peccatum: non autē deus deest homini. Radix amaritudinis. idest odij in proximum. Sursum germinans. Translatio est spinarum quæ medijs frugibus innascuntur. Inquinētur multi. Paucorum: scilicet exemplo. Nec quis fornicator. idest aliquis ex vobis. Profanus. idest religione alienus. Esau. filius scilicet Isaac qui vēdidit primogenituram suam fratri suo Iacob. Ex gen. capite. xxv. latissime ponitur historia: & de benedictione amissa postea lati9 cap. xxvij.

quod remissas manus: & genua dissoluta erigite. Et gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Pacē sequimini cū omnibus & sanctimoniā: sine qua nemo videbit deum. Contemplantes ne quis desit gratiæ dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediat: & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator: aut profanus (vt Esau) qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Scitote enim qm̄ & postea cupiens hęreditare bn̄dictionē reprobat9 est.

¶ Dn̄ica ī quinquagesima. Si linguis hominum. Ex epistola. i. ad Corinthios cap. xiij. In quo apostol9 differit de charitatis excellētia. Et quantum ad eius necessitatem: quia sine illa cætera dona nihil valēt. Linguis hominum. quia inter spiritussancti dona est linguarum. & angelorū. per quos hominib9 multa reuelant. Aes & cymbalum. ex quibus nō resultat nisi merus sonus. Tinniens. est metalli percussi crepitus. Persius: mendosum tinniat auro. Prophętiā. idest cognitionem occultorū: quod etiam est spiritussancti donum. Fidem. quæ etiā ad cognitionē pertinet. Vt montes transferam. ad illud saluatoris alludit. Nihil sum. idest nullius valoris. Om̄es facultates. Ex saluatoris quoq̧ cōsilio. Matthęi. xix. Si vis esse perfectus: vade & vende omnia quæ habes: & da pauperibus. Vt ardeam. id quod multi martyres fecerunt. Nihil prodest. quia charitas facit omnia illa meritoria. Charitas patiens est. Hic deinde commēdat charitatem ab vtilitate. Patiens. aduersitatum. Benigna. alijs beneficiendo. Non ęmulatur: idest non inuidet bonis proximi. Perperam. idest peruerse aut inconstanter. Non inflatur: idest non superbit. Ambitiosa. In honoribus appetendis. Quæ sua sunt: idest vtilitatē suam. Non irritatur. scilicet

Dn̄ica in. l. Pauli ad Corin. prima. Ca. xiij.

FRatres. Si linguis hominum loquar & angelorum: charitatem autē nō habeā: factus sum velut æs sonans aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiā: & nouerim mysteria omnia: & omnē scientiam: & si habuero omnē fidem: ita vt montes transferam: charitatē autē nō habeam nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū om̄es facultates meas: & si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatē autem non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas nō ęmulatur: nō agit perperā: non inflatur: non est ambitiosa: nō quærit quæ sua sunt: nō irritatur: non cogi-

ad iram. Non cogitat. idest cogitare finit. Suffert. condolendo proximis. Credit. quæ sunt credenda per fidem. Sperat. quę sunt sperāda xpiano. Sustinet. per animi æquanimitatem. Charitas nunq̄. a stabilitate commēdat charitatem. Prophetiæ. quæ cessabunt in patria. Linguæ. quia non erit linguaꝝ vsus. Sciētia. q̄a sola dei contēplatio manebit. Ex parte. i. nō perfecta sciētia aut ꝑphetia. Q̄d perfectū est. i. charitas. Cum essem. per exēplū ex seipso ostendit id q̄d dixit. Vt paruulus. balbutiēs & ignar9 & inania cogitans. Per speculū. quia per hęc quę videmus in dei cognitionem tamē imperfectā. In ęnigmate. i. in figura: q̄a ꝑ alias res: alias intelligimus. Tunc. s. in patria. Facie ad faciē. i. clare & non per figurā. Sicut cognitus sum. s. a deo: & sicut: non significat in hoc loco ęqualitatē: sed longinquā similitudinem. Fides & spes. quas dixit imperfectas: & in hac vita ad salutē necessarias. Sed charitas est maxima harum trium: quia non cessabit in patria sicut fides & spes.

tat malū: nō gaudet sup̄ iniq̄tatē: cōgaudet aūt ṽitati. Omīa suffert: oīa credit: oīa sperat omīa sustinet. Charitas nunq̄ excidit. Siue prophetiæ euacuabūtur: siue linguæ cessabunt; siue sciētia destruet̄; Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cū autē venerit quod ꝑfectū est: euacuabit̄ q̄d ex parte est. Cū essem paruulus: loquebar vt paruulus; sapiebā vt paruulus. Quando aūt factus sum vir: euacuaui quæ erant paruuli. Videm9 nūc ꝑ speculū in ænigmate: tūc autē facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā sicut & cōgnit9 sum. Nunc autē manent fides: spes: charitas: tria hæc; maior autem horum est charitas.

Feria. iiij. in capite ieiunij.

Lectio Iohelis. Cap̄. ij.

HAec dicit dn̄s. Cōuertimini ad me in toto corde vr̄o: in ieiunio & fletu: & plāctu: & scindite corda vr̄a: & nō vestimēta vr̄a. Et cōuertimini ad dn̄m deum vestrū: q̄a benignus & misericors est: patiēs & multæ miæ: & ꝑstabilis sup̄ malicia. Quis scit si cōuertat̄ & ignoscat deus & relinquat post se bn̄dictionē: Sacrificiū & libamē dn̄o deo nr̄o. canite tuba in siyon: sanctificate ieiunium: vocate cœtum: cogregate populum: sanctificate ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos & suggentes vbera.

¶ Fr̄a. iiij. ī cap̄te ieiunij. COnuertimī ad me. Ex Iohele propheta. cap̄. ij. In quo postea q̄ꝫ propheta p̄dixit desolationē futuram q̄ttuor illorū regnorū. Nūc īcipit exhortari populū ad pœnitētiā: vt mereat̄ miam & cōsolationē. Toto corde. i. non simulate. Non vestimēta. q̄d factitari legim9 sępe in sacris lr̄is ab ijs qui in maximā calamitatē ꝯuenere. Misericors & patiēs: q̄a pctores ad pœnitētiā expectat: vt misereat̄. Pręstabilis. i. pct̄a remittēs. nā actiue ponit: q̄d est rarū in verbalib9 terminatis in. bilis. Malicia. i. pct̄o. Quis scit. in ꝑsona prophetę. hoc dicit. q̄a dn̄s bn̄ scit. Sacrificiū & libamē. idē est: & subaudi fiat.

Tabula. ad populi conuocationem. Sacrificate ieiunium. i. per ieiuniũ vos sanctos efficite. Sponsus de cubili. quia tempus amplexandi, & tempus lõge fieri ab amplexibus. Eccl. iij. Vestibulum. pars templi exterior. Et altare. quod est intra templum. Plorabunt. pro plorent. indicatiuus pro imperatiuo. Parce. s. a pœna pro peccato abstine. Hæreditatẽ. s. iudeam. Opprobriũ. i. ꝓbrosam seruitutem. vbi est deus eorum. irrisio est exprobrantiũ hostiũ: hoc est sarcasos. zelatus est. consolationũ dei post pœnitẽtiã prędicit. & in primis pollicetur terrę fertilitatẽ. Mittam frumentũ. in persona dñi hoc dicitur: cõtra sterilitatem quã fuerat interminatus. Opprobriũ gentibus cõtra illud quod supra dixit. Hæreditatẽ in opprobrium.

Egredietur sponsus de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes & leuitę ministri dñi: & dicent. Parce domine: parce populo tuo: & ne des hęreditatem tuam in opprobriũ: vt dominentur eis nationes. Quare dicũt in populis: vbi est deus eorum? Zelatus est dominus terram suam: & pepercit populo suo. Et respondit dominus: & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum: & vinũ: & oleum. Et replebimini in eis. Et non dabo vobis vltra opprobrium in gentibus. Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria. v. sequenti. AEgrotauit Ezecias. ex Esa Cap. cxxxviij. i q post eaq; propheta descripsit liberationẽ ab hoste. hic consequenter ponit eius sospitatẽ a morbo in quẽ inciderat: vsq; ad mortẽ: idest morbo incurabili. Filius Amos. non is qui fuit vn9 de duodecim ꝓphetis minoribus: sed & alius & ipse ꝓpheta. Dispone. vt sic dicã fac testamẽtũ. Ad parietẽ: vt attẽti9 oraret. In veritate. nõ hoc dicit imputando bona q fecit: sed magis ostẽdẽs se gratũ de beneficijs acceptis. Dies tuos. ante hac exactos. Ecce ego adijciã. hoc signũ ptinet ad ꝓmissi cõfirmationẽ: qđ de horologio subiungit. Regis assiriorũ. qui gerebat bellũ cum hebręis. de quo in præcedenti capite dixerat: quod angelus domini percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinq; milia.

Feria. v. Esaiæ prophetæ. Cap. xxxviij.

INdiebus illis. Aegrotauit Ezecias vsq; ad mortem: & introiuit ad eũ Esaias fili9 Amos propheta. & dixit ei. Hæc dicit dñs. dispone domui tuæ: quia morieris tu: & nõ viues. Et conuertit Ezecias faciẽ suã ad parietem: & orauit ad dñm: & dixit. Obsecro domine: memento quæso quomõ ambulauerim corã te in veritate: & corde pfecto: qđ bonũ est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezecias fletu magno. Et factũ est verbum dñi ad Esaiã prophetã: dicens. Vade: & dic Ezeciæ. Hæc dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã; & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciã sup dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriorum eruam te: & ciuitatem istam: & protegam eam. Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria sexta sequenti.

CLama ne cesses. Ex Esaia. cap. lviij. Quanq̃ hebræorum quidam hæc prophetæ verba aliter interpretẽtur: de Christo venturo cõmodius intelligũtur. Clama ne cesses. verba sunt patris ad Christũ hominem. Quasi tuba. id quod Christus in prædicatione fecit euãgelij. Populo meo. scilicet iudæorũ. Domui Iacob. qui dicitur etiam israel. Me quærũt. legẽdo verba legis: vt boni videantur apud plebẽ. Volũt subaudi videri: q̃d eis saluator obijcit arguẽdo illos de hypocrisi. Non dereliquerit. cum fecerit cõtrarium. Rogant me. vt opituleris contra persequẽtes. Volunt appropiquare. cũ re vera aliud faciant. & in sui commẽdationem dicunt. Ieiunauimus. hoc & pharisæus ille imputat: quod ieiunabat bis ĩ sabbato. Humiliauimus in cinere & sacco. Et nescisti: idest dissimulasti te nescire. Ecce in die. Verba sunt dñi exprobrãtis iudæorum arrogãtiã simul & simulationẽ. Volũtas vestra idest volũtatis prauitas. Debitores repetitis: contra illud oratiõis dñicæ. dimitte nobis sicut nos dimittimus. Percutitis pugno iniuriã proximo inferentes. Vt audiatur. idest si vultis præces vestras a deo exaudiri. Q̃d elegi: idest quod ego approbo, dicit dñs. Affligere animã suam per carnis abstinentiam. & intermisit hæc pauca verba: nunquid contorquere quasi circulum caput suum: & saccum: & cinerem sternere: deinde infert Nunquid istud vocabis ieiunium. subaudi acceptum & approbatum mihi? Nonne hoc. quod sequitur. s. abstinere a malo: & facere bonum. Colligationes impietatis. quia iudæi principes intendebant calũnias & caute-

Feria sexta Esaiæ prophetæ. Cap. lviij.

HAec dicit dñs. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocẽ tuam: & annuncia populo meo scelera eorum & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diẽ quærunt: & scire vias meas volũt: quasi gẽs quæ iusticiam fecerit: & quæ iudicium dei sui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iusticiæ: & appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliauimus animas nostras: & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra; & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis; & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi; per diem affligere hominem animã suam? Nunquid istud vocabis ieiuniũ; & diem acceptabilem dño? Nonne hoc est maius ieiuniũ: quod elegi? Dissolue Colligationes impietatis; solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: & om̃e onus eorum disrumpe. Frange esurienti panẽ tuum; & egenos vagosq; induc in domum tuã. Cum videris nudum operi eum: & carnem tuam ne despexeris. Tũc erũpet quasi mane lumẽ tuũ:

las pauperibus quibus illorum postea diripiebāt bona. fasciculos.i. onera incōportabilia. De quibus Matthæi.xxiij.alligāt onera grauia. Confracti sunt.i.inseruitute detenti. & subdit alia misericordię opera. Erumpet lumē tuum. quia orietur tibi sol iusticię. Sanitas. a peccati morbo. Anteibit iusticia. per angelū te custodiētē: qui astat dei pręsentię. Colliget te. in die mortis. Quia misericors. hoc adiectum est: quia in hebræo non habetur.

& sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciē tuam iusticia tua: & glīa domini colliget te. Tunc inuocabis & dn̄s exaudiet. Clamabis & dicet adsum. Quia misericors sum Dominus deus tuus.

¶Sabbato sequenti.

SI abstuleris de medio. Verba sunt eiusdem prophetæ quę sequūtur post superioris prophetiæ finē. dicit igitur. Si abstuleris catenam. scilicet qua tenebas in pedi ditum tuis cauillationibus. Extendere digitum notādo alios de infamis: vt poete dicunt medium porrigēdo digitū. Effuderis animam. idest miserationis affectum. Repleueris. ex paupertate subleuando. Lux tua. idest auferentur tibi tenebræ in quibus errabas. Requiem. idest mētis pacē. Ossa tua. ab infirmitate liberum reddet. Hortus irriguus. i. fertilis ex eo quod frequēter rigatur. Edificabūtur deserta: qa etiam tuo exemplo alios ad te allicies qui erāt abalienati. Edificator sepiū. idest spinarum ex quib9 hortis pretēdūtur sepes. Semitas in quietē: idest vias angustas in latitudinem deducēs. A sabbato pedem: idest nihil mali perpetraueris. Facere id est ad faciēdum aliquod pro libidine tua. Delicatum. vacando tantum rebus diuinis & abstinendo a labore. Glorificaueris eum: idest honoraueris. Vias tuas in quibus ante hac ambulabas. Vo

Sabbato. Esaiæ prophetæ, Cap. lviij.

HAec dicit dn̄s deus. Si abstuleris de medio tui catenā: & desieris digitum extendere: & loqui quod non prodest; cum effuderis esuriēti aīam tuam & animā afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua; & tenebræ tuę erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dn̄s deus tuus semp; & implebit splēdoribus aīam tuam: & ossa tua liberabit. & eris quasi hortus irriguus; & sicut fons aquarū cuius non deficiēt aquæ. Et ędificabunt in te deserta sæculoꝝ; fundamenta generationis & generatiōis suscitabis. Et vocaberis ędificator sepiū; auertens semitas in quietem. Si auerteris a sabbato pedem tuū; facere volūtatem tuā in die sancto meo; & vocaueris sabbatum delicatū: & sanctū domini gloriosum; & glorificaueris eum; dum non facis vias tuas; & nō inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonē: tunc delectaberis super domino deo tuo. Et sustollā te super per altitudinem terræ; & cibabo te hæredi

luntas tua: idest pars irrationalis: sed omnia per rationem expedies. Delectaberis; quia consolabitur te dominus. Sustollam te. in contemplationem rerum diuinarum. Hæreditate patris. cuius christiani: sunt veri hæredes exhæredatis iudæis.]

tate Iacob patris tui. Os enim domini locutum est hæc.

Dominica in. xl. Beati Pauli ad Corinthios. ij. Cap. vi.

FRatres hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te. & die salutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nūc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus; in seditionibus: in laboribus; in vigilijs: in ieiunijs; in castitate; in sciētia; in lōganimitate: in suauitate: in spiritu sancto: in charitate non ficta; in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticiæ a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem; per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti. Quasi morientes & ecce viuimus; vt castigati: & non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes & omnia possidentes.

¶Dominica in quadragesima.

HOrtamur vos. Ex ep̄la. ij. ad Corinthios. cap. vi. In quo posteaq̄ apostolus commēdauit ministerium noui testamēti. hic hortatur alios ad executionem debitā huius ministerij & armat apostolus xp̄i milites in quattuor virtutibus cardinalibus. Et primo in fortitudine dicens: Adiuuantes. idest cooperantes cū deo quasi ministri. In vacuum: idest in vanum sed dicet quispiam gratia dei non est in manu mea. subiungit. Tempore accepto. i. nouæ legis. Et est Esaiæ. xlix. Die salutis. sub saluatore christo viuentibus. Nemini dantes: idest nolumus dare scandalum & occasionem. Exhibeam9 per præsens legendum est sicut in græco exhibemus. In multa patientia: q̄ est fortitudinis pars. In castitate & ieiunijs. quod est temperantiæ opus. In sciētia quod est opus tertiæ virtutis: hoc est prudentię: cui adiungit longanimitatem charitatem & veritatem. Per arma iusticię: quod est vltimę virtutis cardinalis opus. A dextris & sinistris: idest secūdorum & aduersorum. quia virtutis est ęquanimiter inter prospera & aduersa se habere: per gloriam ecce prospera: per ignobilitatem: ecce aduersa. nam obijciebatur ap̄lis ignobilitas

Infamia & bona fama. Eodem modo sunt exponenda. & quę sequũtur. Seductores & voraces. Noti & ignoti. Morientes & viui. &c. quia opinione quorumdam reputabantur infœlices & miseri. aliorum vero fœlices ipsi vero seipsos beatos existimabant.

¶ Feria secunda sequenti.

Ecce ego ipse requiram. Ex Ezeciele. cap. xxxiiij. In quo postea𝔮 dixit ꝓpheta. verba sua dei iussu contra pastores israel & pollicitus est populo suo cõsolationẽ. hoc in loco ponit cõsolationis effectũ: dicens. Ego requirã. &c. Et vtitur translatione nota ex postore & grege. Ex omibus locis. vbi fuerant dispersæ. In terram suã. vt dicit psalmista. In loco pascuę ibi me collocabit. In montibus israel. hoc in ecclesia fidelium: & omia dicta sunt per allegoriã. Accubare quod faciũt oues post𝔮 pastæ sunt. nam cubãtes quę pasta sunt ruminãt. Quod perierat. i. negligentia postoris deperditum. Abiectum. idest fugatũ sęuicia pastoꝝ. Cõfractũ vulneratũ q̃d faciũt chirurgi. Infirmũ. s. alio quouis morbo.

Feria secunda Ezecielis prophetæ. Cap. xxxiiij.

Hac dixit dñs. Ecce ego ipse requiram oues meas; & visitabo illas; sicut visitat pastor gregem suum in die: quãdo fuerit in medio ouium suarum dissipatarũ. Sic visitabo oues meas: & liberabo eas de omnib⁹ locis in quibus dispersæ fuerãt in die nubis & caliginis. & reducam eas populis: & cõgregabo eas de terris; & inducam eas in terram suam. & pascã eas, in mõtib⁹ israel in riuis & in cũctis sedib⁹ terræ. In pascuis vberrimis pascã eas: & in mõtibus excelsis israel erũt pascuæ earum; ibi requiescent in herbis virentibus; & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes israel. Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciã: dicit domin⁹ deus. Quod perierat requirã: & quod abiectum fuerat reducam. & quod cõfractum fuerat alligabo. & quod infirmum fuerat: cõsolidabo. & quod pingue & forte: custodiam: & pascam illas in iudicio & iusticia. Dicit dominus omnipotens.

¶ Feria. iij. sequenti.

Querite dñm. Ex Esaię. cap. lv. In quo excitat̃ humana diligẽtia ad inquirendum deũ tempę gratię. Dum põt. idest sum⁹ in tempore quo id possumus facere. nã post mortem non licebit. Cum prope est. i. paratus ad exaudiẽdum. & quia peccatores deus non exaudit: subditur. derelinquat impius viam suam: idest mala quę ante hac operatus est. & reuertatur. per pœnitẽtiam. Miserebitur dando illi gratiam. Multus est: idest pronus & benignus. Non enim. verba sunt prophetę in persona dei. Cogitationes meę. quia ego nõ sum odij pertinax

Feria secunda Esaiæ prophetæ. Cap. lv.

In diebus illis. Locutus est Esaias propheta dicens. querite dñm: dum inueniri potest, inuocate eũ, dum ꝓpe est. Derelinquat

vt vos estis: sed sum ad mīam procliuis. Sicut exaltantur. comparatio est: sed quæ non ęquiparat ea quæ comparantur. nam finiti ad infinitum nō est proportio. Et quomodo descendit. comparatio est aptissima: per quam exprimitur Christi descensus ad hominis naturam suscipiēdam & est manifesta lectio. sed pluuia & nix non reuertūtur sub forma niuis & pluuiæ: sed per exhalationē. sic verbum domini: idest christus nō reuertetur ad patrem vacuum: sed inferorū spolijs onustū. Quæcūq; volui. i. quę per ipsum fieri disposui. Prosperabitur: qm̄ omnia illi ex sentētia ꝓcedēt.

impius viam suā; & vir iniquus cogitationes suas & reuertatur ad dn̄m: & miserebit̄ eius: & ad deū nr̄m: qm̄ multus est ad ignoscendum. Non em̄ cogitationes meæ cogitationes vestræ; neq; viæ meæ. vię vestrę dicit dominus. Quia sicut exaltātur cœli a terra: sic exaltatę sunt viæ meę: a vijs vr̄is; & cogitatatiōes meę a cogitatiōib⁹ vr̄is. & quō descēdit imber & nix de cœlo: & illuc vltra nō reuertitur; sed inebriat terram: & infundit eam; & germinare eam facit: & dat semen serenti: & panem comedenti: sic erit verbū meū: quod egreditur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuum: sed faciet quęcūq; volui: & prosperabitur in his ad quę misi illud, Ait dominus omnipotens.

Fer. iiij. Lectio libri. Exodi. Ca. xxiiij.

IN diebus illis. Dixit domin⁹ ad Moysen. Ascēde ad me in montem: & esto ibi: daboq; tibi duas Tabulas lapideas: & legē ac mandata quæ scripsi; vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moses & Iosue minister eius. Ascēdēsq; moses in montē dei; seniorib⁹ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & hur vobiscū; si quid natum fuerit quęstionis: referetis ad eos. Cūq; ascendisset Moses: operuit nubes montem; & habitauit gloria domini super sinai; tegēs illum nube sex diebus Septimo aūt die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem; species gloriæ dn̄i; quasi ignis ardens

¶ Feria. iiij. sequenti:

DIxit dominus ad Moysen. ex Exodo. capi. xxiiij. in quo posteaquā deus tradidit ꝑ Mosen pręcepta moralia & iudicialia. hic disponit illum ad tradenda cerimonialia: dicens illi. Ascende in montem: scilicet sinai & sol9. Esto ibi. subaudi quoad aliud iussero. Ascēdens. i. dum est in ipso articulo ascēdendi. Senioribus. illis septuaginta quibus cōmiserat gubernatiōis curā. Reuertamur. s. ego & Iosue. Aaron. fratrem Mosis. Hur. s. maritum annę sororis Mosis. Quęstionis. i. litigij aut controuersiæ. Referetis ad eos: idest ad illorum iudiciū: Ascendisset Moses. relicto Iosue in mōtis articulo siue humero. Operuit montem quod erat signum pręsentis domini. Sex diebus. anteaquā illum dominus alloqueretur: nihilominus tamē & postea nubes perstitit quia & septimo die de nube illum vocauit. Quasi ignis: qui erūpens de nube tēdebat in sublime:

ra vt posset in castris videri. In montem.i. montis verticẽ. Quadraginta diebus. hoc præfigurabat qurdraginta dierum ieiuniũ quod facit ad rem: quemadmodum & quod sequitur de Helia propheta.

Venit Helias in Bersabe. ex. iiij. Regum volumine cap̃. xix. In quo postea꧑ dixit ꝙ Iezabel regis Achab vxor minata est mortem Heliæ propterea quod occidit ꝓphetas Baal: nunc scribitur quomodo fugiens regione Helias venit in Bersabe iuda, & adiecit iuda. quoniam est altera eiusdem nominis in tribu Simeõis. Iosue. xiiij. Puerum suum filiũ mulieris quem suscitauerat. Animę suę: idest petiuit a deo mortẽ. Iuniperus arbor est quibusdã in locis adeo ramis protentis vt vmbram faciat. Vergilius in bucolicis. Iuniperi grauis vmbra. Obdormiuit. ex itinere labore fessus. Subcinerici9 panis. cuiusmodi panes etiam hodie multis in locis fiunt: qui etiam in libris regum: & Paralipomenonis collyridæ siue collycidæ vocant. In fortitudine. quoniã etiam ex natura sua plurimum alimẽti habet: vnde athletis ministrabatur. Iuuenalis comedũt colliphia paucę. In Oreb. Mons est regione Madian non longe a syna. Eusebius tamen in Topographia locum esse dicit trãs iordanem.

¶ Feria. iiij. sequẽti.

Fact9 est sermo domini. Ex Ezeciele ꝓpheta. cap̃. xviij. in quo supponẽdum est: quod iudæi conquerebãtur dicentes: quod deus illos puniebat nõ ꝓ suis

super verticem mõtis in cõspectu filiorum israel. Ingressus꧑ Moses medium nebulæ: ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Lectio libri Regum. iij. Cap̃. xix.

In diebus illis. Venit Helias in Bersabe iuda: & dimisit ibi puerum suum & perrexit in desertum viam vnius diei. Cũ꧑ venisset & sederet subter vnam iuniperum: petiuit animæ suæ vt moreretur. Et ait. Sufficit mihi domine: tolle animã meam. Ne꧑ enim melior sum quam patres mei. Proiecit꧑ se & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: dixit꧑ ei. Surge comede. Et respexit: & ecce ad caput suum subcinericius panis: & vas aquę. Comedit ergo: & bibit: & rursum obdormiuit. Reuersus꧑ est angelus domini secundo: & tetigit eum dixit꧑ illi. Surge comede; grandis eñ tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illi9 quadraginta diebus & quadraginta noctibus vs꧑ ad montem dei Oreb.

Feria quinta. Lectio Ezecielis prophetæ Cap̃. xviij.

In diebus illis. Factus est sermo dñi ad me dicẽs. Quid est ꝙ inter vos parabolã vertitis in prouerbium istud in terra israel dicentes. Patres comederunt vuam acerbam: & dentes filiorum obstupescunt: Viuo ego di

dit dominus deus. Si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in israel. ecce omnes animæ meæ sunt. vt anima patris: ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit: ipsa morietur. & vir si fuerit iustus: & fecerit iudicium & iusticiam: in montibus non comederit: & oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: & vxorem proximi sui nõ violauerit: & ad mulierem menstruatã non accesserit & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit; & nudum operuerit vestimento: ad vsuram non commodauerit: & amplius nõ acceperit; ab iniquitate auerterit manum suam: & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit. vt faciat veritatem: hic iust9 est. Vita viuet ait dominus deus. Quod si genuerit filium latronem effundẽtem sanguinem: & fecerit vnum de istis: & hæc quidem omnia non facientem: nunquid viuet? non viuet. Cum vniuersa hæc detestanda fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipo erit. Quod si genuerit filium: qui vidẽs omnia peccata patris sui quæ fecit timuerit: & nõ fecerit simile eis: & iudicia mea fecerit: & in præceptis meis ambulauerit: hic nõ morietur in iniquitate patris sui: sed vita viuet. Pater eius. quia calumniatus est: & vim fecit fratri: & malum operat9 est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium; & iusticiam operatus est. Omnia præcepta mea custodiuit: & fecit illa; vita viuet. Ait dominus omnipotens.

sed pro parentum delictis. ad quorum confutationem proponit. parabolam ex Prouerbio habentem fundamẽtum dicens. Quid est hoc? Et sunt verba dei. Est autẽ parabola genere dissimilium comparatio. Prouerbium vero, quę a grecis dicit paroemia: sententia, rebus, temporibusq; accommodata. igitur dicit quod similitudo versa est in sententiã. Comederunt vuam. id est peccauerunt. Obstupuerunt. id est luerunt peccati pœnam. Viuo ego. iurandi est forma apud hebræos. Si erit. quasi dicat nõ erit. sicut illud psalmi. Si introibunt in requiem meam. Ipe morietur. non filius pro patre. Et vir. per exẽplum ostendit quod dixit. In montibus. vbi erant idola indigenarũ. Vnde & de bonis regibus in libris Regũ quod abstulerunt excelsa. Pignus debitori. in suprema necessitate illius rei constituto. Iudicium fecerit. sumpt9 arbiter inter disceptantes. Quod si. exemplum a contrario de filio peruerso hominis iusticiæ operibus cuius opera contraria repetit. Cum vniuersa hęc. non collectiue sed distributiue pro quolibet illorum. Quod si. exemplũ de filio iusto patris iniusti. Et omnia sunt ex superioribus manifesta.

Feria. vi. sequenti.

Anima quę pecca-
uerit. Ex eodem
cap̄.xviij.Ezecie-
lis.Vbi posteaq̄ superio
ra colligit: ponit exẽpla
de auertentibus se a pro-
posito: & primo de ma-
lo in bonum.Omnia prę
cepta.nam peccãs in vno
factus est omnium reus.
Non recordabor.puniẽ-
do ęternaliter. punietur
tamẽ temporaliter. Si au
tem auerterit se iustus.
Ponit exẽplum de auer-
tẽte se a bono in malum.
Iusticię quas fecerat.sci-
licet tempore gratię.Nõ
recordabũtur.genus ver
bi posuit ꝓ genere: hoc
est deponens pro actiuo.
Et dixistis. subaudi ma-
le de me opinantes. Non
est ęqua.sic puniẽdo quẽ
admodũ est dictũ. Cum
auerterit se impius.exẽ-
plum a contrario & su-
periora colligens: vnum
quẽq; iuxta vias suas iu-
dicabo: idest secundum
opera quæ gessit.

¶Sabbato sequẽti.

Loquutus est Moy
ses.Ex Deuterono.
Cap̄.xxvi. In quo
postea q̄ posuit legis p̄-
cepta nunc dicit q̄ debet
homo esse gratus de be-
neficijs a deo acceptis:&
quomodo sit a deo præ-
caturus. De sanctuario:
quid si sanctario potius
esset legendum? nam san
ctaria sunt vbi sanctę re-
ponuntur res. Habitacu
culo cœlorũ: quia cœlũ
cœli dño: tamen in terra
quoq; illi habitaculũ cõ
struitur ad illius cœlestis

Feria.vi.Ezecielis ꝓphetæ.Cap̄.xviij.

Haec dicit dominus deus.Anima quę
peccauerit ipsa morietur. Filius non
portabit iniquitatem patris.& pater nõ por
tabit iniquitatẽ filij. Iusticia iusti sup eũ erit:
& impietas impij erit super eum. Si autẽ im
pius egerit pœnitẽtiam ab omnibus pecca-
tis suis quæ operatus est; & custodierit vni-
uersa præcepta mea:& fecerit iudiciũ & iu-
sticiam: vita viuet & non moriet̃.Omniũ ini
quitatũ eius quas operatus est; non recorda
bor.In iusticia sua quam operatus est viuet.
Nunq̄d volũtatis meæ est mors impij(dicit
dñs deus)& non vt cõuertat̃ a vijs suis;& vi
uat? Si autẽ auerterit se iustus a iusticia sua;
& fecerit iniquitatẽ secũdum omnes abomi
nationes;quas operari solet impius;nũquid
viuet? Omnes iusticiæ eius quas fecerat;nõ
recordabuntur.In præuaricatione sua qua
præuaricatꝰ est;& in peccato suo quod pec-
cauit;in ipsis morietur. Et dixistis. Non est
æqua via domini. Audite ergo domꝰ israel.
Nunquid via mea nõ est æqua;& nõ magis
viæ vestræ prauæ sunt? Cum enĩ auerterit
se iustus a iusticia sua;& fecerit iniquitatem:
morietur in eis.In iniusticia sua quam opera
tus est/morietur.Et cum auerterit se impius
ab impietate sua quam operatus est; & fece
rit iudicium & iusticiam; ipse animam suam
viuificabit.Considerãs enĩ & auertens se ab
omnibus iniquitatibꝰ suis: quas operatꝰ est:
vita viuet & non morietur. Dicit dominus
omnipotens.

Sabbato. Lectio Deutero. Cap̄.xxvi.

IN diebus illis. Loquutus est Moyses ad
dñm dicẽs. Respice domĩe de sanctuario
tuo:& de excelso cœloꝝ habitaculo: & be-

imaginem. Hodie domin9. De obedientia in diuinis mandatis: Et dicit hodie pro eo quod est semper. quale est illud. Ego hodie genui te. & quod sequitur dominum elegisti hodie. i. in æternum: ex quo legem illius in monte Sinay accepisti: & hodie elegit te: eodem modo est exponendum. Peculiaris. idest proprius a peculio, quod est proprium eius qui seruit. Excelsiorem. quod fecit in populo christiano israeliti co pplo abdicato. Quas creauit. quia oĩa in dei gloriam ordinãtur.

nedic populo tuo israel: & terræ quam dedisti nobis: sicut iurasti patribus nostris: terræ lacte & melle mananti. Audi israel. Hodie dominus deus tuus præcepit tibi: vt facias mãdata eius; atq; iudicia; & custodias & impleas ex toto corde tuo; & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie: vt sit tibi de9 & ambules in vijs eius; & custodias ceremonias illius; & mandata atq; iudicia; & obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie; vt sis ei populus peculiaris: sicut loquut9 est tibi; vt custodias omnia præcepta illius; & faciet te excelsiorẽ cunctis gẽtibus: quas creauit in laudem & nomẽ & gloriã suam. Et sis ppl's sanct9 dñi dei tui; sicut loquut9 est

Lectio deuteronimi. Cap. xi.

IN diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis: & feceritis ea: vt diligatis dominũ deum vestrũ; & ambuletis in omnibus vijs eius adherẽtes ei: disperdet domin9 omnes gentes istas ante faciẽ vestrã: & possidebitis eas: quæ maiores & fortiores vobis sunt. Omnis locus quẽ calcauerit pes vester; vester erit. A deserto & libano & flumine magno Euphrate vsq; ad mare occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorẽ vestrũ & formidinẽ dabit dñs de9 vester super omnẽ terrã: quã calcaturi estis: sicut loquut9 est vobis dñs de9 vr̃.

IN diebus illis. Dixit Moses filijs israel. Si custodieritis. &c̃. Ex Deutero. capite. xi. Vbi posteaquã posuit legis præcepta p̃mia seruantib9, illa proponit. Deum vestrũ. quod potissimũ est ex pręceptis. Gentes istas: quarum regiones possessuri estis. Fortiores vobis. & non numero & robore. A deserto. descriptio est terræ promissionis: nam desertũ est a meridie: liban9 mõs a septẽtriõe. euphratres ab ortu solis: ab ocasu vero mare occidentale. i. Cypriũ quod iudæã ab occasum abluit. Terrorem vestrũ. actiue. idest quem hostibus vestris incutietis.

Lectio Macchabæorũ. ij. Cap. i.

IN diebus illis. Orationẽ faciebant omes sacerdotes: dum offerrẽt sacrificium pro

IN dieb9 illis. Orationem faciebant. Ex secũdo Macchabæorũ: libro capite primo. Sed verborũ epistola ordine permutato. Est autẽ epistola iudęorum habitantium in iudęa ad eos qui habitãt in ægypto. Inuitant nãq; eos ad celebritatem quorũdam festorum ob victorias partas de hostibus: & faciãt rogantes quod & ipsi fecerunt. Et primo ponit qd

sacerdotes eius faciebant. Ionatha. qui erat cantorum princeps: dicentib⁹ benefaciat vobis deus. hæc verba non sunt respondentium: sed mittẽtium litteras: in capite ipsius epistolę in quo bene p̃cantur illis ad quos scribunt sicut nos solemus dicere salutem. Sed nihil refert: cum ad propositum faciant. Lectio satis patet.

Miserere nr̃i deus. Ex ecclesiastico. capite. xxxvi. Vbi ponit oratio: qua presul vti debet fundẽs preces pro omnibus tã gentilibus ꝙ̃ iudęis. deinde pro iudęis peculiariter. Respice nos. quod est idem quod faue nobis. Lumen miserationum tuarum. quia eo tẽpore quo autor hunc librum scribebat: iudæi erant quodammodo in tenebris imminente illis Pthelomeo Sotere ægyti rege. Timorem tuum. actiue pro terrore. Alleua manum tuã. pro aggraua deprimendo eos ad interitum. Sicut in cõspectu eorum. reducens nos ab idolatria per flagella: vt in. iiij. Regum legim⁹. Magnificeris in eis. idest magnus appareas. Innoua signa. sicut fecisti quo tempore patres nostros ex ægyptia seruitute liberasti. Manum & brachium. quibus mirabilia illa fecisti. Furorem & iram. quæ sunt puniẽmendi instrumenta. Extolle. idest exalta terram & terminos patrię ponere: al's extollere pro laudare. Festina tempus. scilicet illorum punitionis & nostræ liberationis. Et memento finis. scilicet aduentus messiæ: idest christi quem hebræi expectant: & nos venisse iam confitemur.

populo israel, Ionatha incohãte: cæteris aũt respondentibus: & dicentibus. Benefaciat vobis deus: & meminerit testamenti sui q̃d ad Abraam & Isaac & iacob loquutus est seruorum suorum fideliũ. Et det vobis cor omnibus: vt colatis eum: & faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua & in preceptis suis: & faciat pacem. Exaudiat dominus orationes vestras: & recõcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo Dominus deus noster.

Lectio libri sapientiæ.
Eccle. Capite. xxxvi.

Miserere nostri deus omnium; & respice nos: & ostende nobis lumẽ miserationum tuarum. Et immitte timorem tuum super gentes; quæ non exquisierunt te; vt cognoscãt q̃a nõ est de⁹ nisi tu; vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in eis vt cognoscant te: sicut & nos cognouimus: quoniã nõ est deus præter te domine. Innoua signa & immuta mirabilia. Glorifica manum: & brachium dexrum. Excita furorem: & effunde iram. Extolle aduersarium: & afflige inimicum. Festina tempus: & memento finis: vt enarrent magnalia tua Domine deus noster.

IN diebus illis. Angelus domini. Ex Daniele capite. iij. vbi legitur: q͞d Nabuchodonosor rex Chaldæorum iussit tres pueros Danielis comites mitti in fornacem ignis: propterea quod noluerint adorare statuam illam quam erexerat: quibus in fornace positis deus misit in auxilium angelum suum: & quid fecerit narrat. Cum Azaria. qui prius vocabatur Abdenago, & socijs ei9. scilicet Ananię & Misaeli. Ventum roris. idest flatum afferentem roris refrigerationem. Tunc hi tres. quid pueri fecerint ostendit postquam sunt liberati. Nomē sanctum. idest tetragrammaton: hoc est quattuor litterarum. In templo gloriæ tuæ. proprie templum est cœlum, vt Seneca in hercule furente: tēpla summi vidua deserui ætheris. In throno: idest in sede cœlesti: quia cœlum est sedes eius: & terra scabellum pedum eius. Intueris abyssos. idest mundi huius impenetrabilia & secreta.

Lectio Danielis prophetæ. Cap. iij.

IN diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacē. Et excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventnm roris flātem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldæis ministros regis: qui eam incendebant. Illos autem non tetigit omnino ignis: neq͂ contristauit; neq͂ quicq͂ molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant deum in fornace: dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: & laudabilis & superexaltatus in sæcula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ: & sanctum & laudabile & superexaltatum in omnibus sæculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ: & superlaudabilis & supergloriosus in sæcula. Benedictus es in throno regni tui: & superexaltabilis & superexaltatus in sæcula. Benedictus es qui intueris abyssos: & sedes super cherubin: & laudabilis & super exaltatus in sæcula.

FRatres. Rogam9 vos. Ex epist'la ad Thessalonicēses. i. cap̄. v. In quo ostendit quomodo Thessalonicenses se debeant habere erga proximos. Corripite inquietos. in græco admonete inordinatos. Pusillanimes: idest in tribulationibus deficiētes. In omnibus. scilicet tam prosperis quam aduersis. in græco legitur in omni: & est idē sensus. Spiritum. quomodo se debeant habere erga deum & religionem. spiritum igitur pro deuotione intelligit.

Ad Thessalonicenses. Capite quinto.

FRatres. Rogamus vos: corripite inquietos; consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes stote ad omnes.

Prophetias.idest expo-sitionem sacrę scripturę Ab omi specie. idest nõ solum a malo: sed etiam ab eo quod habet mali suspitionem. Deus pa-cis.scilicet autor & da-tor. Per omnia.i. omni-no: vt integer. In græco est integer spũs vr̃.&c̃.

Videte ne quis malum pro malo reddat ali cui: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem; & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. in omnibus gra-tias agite. Hæc est enim voluntas dei in christo iesu in omnibns vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite sper-nere. Omnia autem probate; quod bo-num est tenete. ab omni specie mala absti-nete vos. Ipse autem deus pacis sanctifi-cet vos per omnia; vt integer spiritus ve-ster: & anima & corpus sine querela in die aduentus domini nostri Iesu christi seruet.

Dominica secunda.

FRatres. Rogam9 vos & obsecram9 Ex epl'a.i.ad Thes salonicenses. cap̃. iiij. in quo illos ad pudicitiam hortatur: quia forte pro niores erant ad venerea. Accepistis a nobis. idest audistis cum eram9 pręsentes. Sic & ambuletis. hoc non est in gręco: sub intelligitur tamen. San-ctificatio vestra.idest vt mundi sitis & sancti. Suum vas. suum corpus quod est animæ domici-lium. Et honore. quia p libidinem corpus deho-nestatur. In passione de-siderij.idest in affectione concupiscentiæ quæ per turbat rationem. Sicut gentes. quæ putant con cubit9 vagos esse licitos Ne quis supgrediatur. idest supplantet. siue de-cipiat. Circunueniat. qd fere idem est: hoc est ex insidijs adoriri. Et neq;. particula non est in gręco. Vindex est. huiusmo di criminum punitor. In immundiciam. idest vt essemus libidinib9 in quinati

¶ Feria secunda sequẽti.

Dominica secunda ad Thessa-lonicenses.i. Capite.iiij.

FRatres. Rogamus vos & obsecram9 in domínino Iesu: vt quemadmodum accepistis a nobis; quomodo oporteat vos ambulare & placere deo: sic & ambuletis; vt abundetis magis. Scitis enim quę præ-cepta dederim vobis per dominum iesum. Hæc est enim voluntas dei: sanctificatio ve stra; vt abstineatis vos a fornicatiõe: vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore. Non in passione desiderij: sicut & gentes quæ ignorant deũ. Et ne quis supergrediatur; neq; circunue-niat in negocio fratrem suũ: quoniam vin-dex est dominus de his omnibus: sicut præ-diximus vobis; & testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immundiciam: sed in sãctificationẽ. In christo iesu dño nr̃o.

Feria secunda. Lectio Danielis pophetæ. Capite.ix.

IN diebus illis. Orauit Daniel: dicens. Domine deus noster qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: & fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus: iniquitatē fecimus domine in omnē iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua: & furor tuus a ciuitate tua Ierusalem: & a mōte sancto tuo. Propter peccata em̄ nr̄a & iniquitates patrum nostrorum Ierusalem; & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui: & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum: quod desertū est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuā: & audi: aperi oculos tuos & vide desolationem nostram: & ciuitatem super quam inuocatum est nomē tuum. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationib9 tuis multis. Exaudi domine: placare domine: attende & fac. Ne moreris ꝓpter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem: & super populum tuū: Domine deus noster.

Feria tertia. Lectio libri Regum tertio. Capite. xvij.

IN diebus illis. Factus est sermo domini ad Heliam Thesbiten: dicens. Surge & vade in Sareptā sidoniorū: & manebis ibi. Præcepi em̄ ibi mulieri viduæ: vt pascat te: Surrexit & abijt in Sareptā. Cūq; venisset ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Et vocauit eam: dixitq; ei. Da mihi paululum aquę in vase: vt bibā. Cūq; illa pergeret vt afferret: clamauit post tergum eius: dicens. Affer mihi obsecro &

IN diebus illis. Orauit Daniel. Ex Daniele propheta cap. ix. in quo Daniel petit a domino mali amotionem, ac deinde boni largitionē. quod vt impetret beneficia tam accepta cōmemorat: atq; imprimis ab Egyptia seruitute liberationem. Secūdum diē hanc. idest sicut & nunc facis erga nos. In omnē. idest cōtra tuam legem. A ciuitate tua. in qua peculiariter coleris. Monte sancto. vbi templū erat. Per circuitum. quia vicinis omnibus erant prę da. Nunc ergo. boni petitionem ponit. Super sanctuarium. idest templum tuo cultui restituendum. Propter te. i. vt veritas tua omnibus sit nota. In iustificationibus. idest in precibus iustis debita a te petendo: sed ad tuam misericordiam confugiētes. Exaudi domine. instat exageratq; preces. Placare. idest sis placatus ab ira. Attēde. idest sis attentus ad preces nostras. Et fac. subaudi quod petim9. Ne moreris. quia promissionis tuæ instat tempus.

¶ Feria tertia sequenti.

FActus est sermo domini. Ex. iij. Regū libro capite. xvij. quomodo iussu dei Helias ꝓpheta venit in Sareptam vrbē Phœnices vbi hospitio susceptus est a muliere vidua. Buccellam panis. idest quam

tū oris bucca possint capere. In lecytho: idest vasculo oleario: quod & capsaces alio nomine dicitur. Et moriamur. cū deinceps nihil alimenti supersit. Subcinericiū panem. collicium siue colliphium: cuiusmodi panibus vtebantur athletę. Cætera ex historia sunt manifesta.

buccellam panis in manu tua. Quæ respōdit. Viuit dominus deus tuus; quia non habeo panem; nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria; & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna: vt ingrediar: & faciam illud mihi & filio meo; vt comedamꝰ & moriamur. Ad quam Helias ait. Noli timere sed vade & fac sicut dixisti. Veruntamē fac mihi primum de ipsa farinula subcinericium panem paruulum & affer ad me. Tibi autem & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit dominus deus israel. Hydria farinæ non deficiet: nec lecythus olei minuetur vsq; in diem in qua daturus est dominus pluuiam super faciem terræ. Quæ abijt; & fecit iuxta verbum Heliæ. Et comedit ipse & illa & domus eius; & illa die hydria farinæ non defecit; & lecythus olei non est imminutus; iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu Heliæ.

¶ Feria quarta sequēti. ORauit Hester ad dominum. Ex libro hester. ca. xiij. Sed hæc non est oratio Hester reginæ: sed Mardochei patrui illiꝰ & sūt ea verba quędam immutata ex originali. Saluare nos: in originali saluare israel. Cœli ambitu. circūplexu: vt inqt Pliniꝰ. Inimici nostri. amā. scilicet qui moliebatur iudæorum gentem perdere. Partem tuam. idest hęreditatem peculiarē. Sorti & funiculo. quia soliti erant antiqui ꝑ funes metiri hæreditates: & deinde sortiri: vt in psalmo. Funes ceciderūt mihi in pręclaris. Te canentium. i. laudantium.

¶ Feria quinta sequēti.

Feria. iiij. Lectio Hester. Cap. xiij.

INdiebꝰ illis. Orauit Hester ad dominū: dicens, Domine rex omnipotens: in tua dicione cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Si decreueris saluare nos; cōtinuo liberabimur. Tu em̄ domine fecisti cœlum & terram; & quicqd cœli & ambitu continetur. Tu es dominus omniū: & non est qui resistat maiestati tuæ. Et nunc domine rex regum deus Abraam miserere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere: & hęreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redimisti tibi de ægypto: sed exaudi deprecationem nostram: & propicius esto sorti: & funiculo hæreditatis tuæ & conuerte luctū nostrum in gaudium: vt viuentes laudemꝰ nomen tuum. Et ne claudas ora canētiū te Domine deus noster.

Feria quinta. Lectio Ieremiæ prophetæ. Capite. xvij.

HAec dicit dominus. Maledictus homo q confidit in homine: & ponit carnem brachiũ suum: & a dño recedit cor ei⁹. Erit eñ quasi myricæ in deserto; & non videbit cũ venerit bonum; sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino; & erit dñs fiducia ei⁹; & erit tanq̃ lignũ quod trãsplãtatur sup aquas qd ad humorẽ mittit radices suas: & non timebit cũ venerit æstus. Sed erit folium eius viride: & in tẽpore siccitatis nõ erit solicitum; nec aliquando desinet facere fructũ. Prauũ est cor hominis & inscruptabile. Quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans corda & ꝓbans renes; qui do vnicuiq; iuxta viã suã; & iuxta fructum adinuentionũ suarũ, Dicit dñs omnipotẽs.

Feria sexta. Lectio libri. Genesis. Capite. xxxvij.

IN diebus illis. Dixit Ioseph fratrib⁹ suis. Audite somnium meum quod vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum; & stare: vestrosq; manipulos circunstantes; adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris; aut subijciemur dicioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atq; sermonum inuidiæ & odij fomitẽ ministrauit. Aliud quoq; vidit somnium: quod narrans fratribus; ait. Vidi per somnium quasi solem & lunam & stellas vndecim adorare me. Quod cũ prĩ suo & fratrib⁹ retulisset; increpauit eũ pr̃ suus: & dixit.

HAec dicit dñs. Maledict⁹ hõ. Ex Ieremia ꝓpheta. Cap̃. xvij. In quo reprobat ppl'm iudaicũ ꝓpter falsam cõfidẽtiã: atq; imprimis ꝓpter cõfidentiã quã habet de Egyptijs. Qui confidit in hoie: sicut Sedechias fiducia egyptiorũ contra nabuchodonosor. Carnẽ brachiũ suũ. i. hominẽ vires suas. Quasi myricę. si recte interpretat⁹ est: arborẽ siue fruticẽ intelligit: q vulgo dr̃ atarfe siue tarahe. sed qd dicit nõ cõpetit penit⁹ myricę. Sup aquas. i. iuxta aq̃s ad humorẽ: id ꝓpriũ est arboris radicib⁹ quęrere vñ alat̃. Æstus. ęstatis calor. Solicitum. i. in cura posi tũ ne humore destituat̃. Deinde reprobat eosdẽ, ꝓpt cõfidentiã quã habebãt in seipsis. Inscrutabile. q̃a multos habet recess⁹. Quis. quasi dicat: nemo: p̃ter q̃ ego dñs. &c̃.

¶ Feria. vi. sequenti.

IN dieb⁹ illis. Dixit Ioseph. Ex genesis libro cap̃. xxxvij. ĩ quo narrat: q pacto Ioseph maximus somniorũ coniectator exposuit fratrib⁹ suis sõniũ: qd fuit causa maioris odij in illũ. Quod vidi. vñ & sõnia q̃ aliqd significãt: visa dicũtur. Putabã. i. videbar mihi videre. Manipulos. puta frumẽti. Stare. erectũ cũ alij se illi ꝓsternerẽt. Rex r̃r. nã hoc designare videbat Ioseph Odij fomitẽ. i. incendij accrementum.

Aliud quoque vidit somnium, quod Iacob pater interpretatur. Sed cum Rachel mater iam esset mortua: quid sibi vult quod ait mater tua? Sunt autem qui dicant hoc somnium fuisse antequam mater ex partu Beniamin moreretur. Tacitus. neque enim dubitabat somnia illa portendere aliquid magnũ. In sichen: quæ græce & latine dicitur sichima. & fuit ciuitas chananęorum in finib9 Ephrain. Hæc est quæ in euangelio Ioannis dicit sichar: sed corrupte. Israel sic cognominat9 est Iacob. De valle hebron. vbi Iacob habitabat. Eamus in Dothaim. locus est: teste Eusebio distans a Samaria, hoc est sebaste ciuitate duodecim millib9 passuum aquilonem versus. Audiens hęc Ruben. qui erat ex eis natu maximus. In tunica talari. idest ad talos vsque fluxa. sed cũ homini nõ sit tal9: mirum quid placuerit latinis talarem tunicam pro podere ponere: diuersicolore ac multis licijs contexta.

¶ Sabbato sequenti.

IN diebus illis. Dixit Rebeca. Ex libro Genesis capite. xxvij. In quo monstratur diuina quædã dispositio in successione benedictionis Isaac in posteros. Audiui patrem tuum.

Quid sibi vult hoc somniũ quod vidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui; pater vero rem tacitus considerabat. Cũque fratres illius in pascẽdis ouibus patris morarentur in Sichẽ: dixit ad eũ israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis; veni; mittam te ad eos. Quo respondente: præsto sum: ait. Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora & renũcia mihi quid agat. Missus de valle hebrõ: venit in sichen. Inuenitque eum vir erranteẽ in agro: & interrogauit quid quæreret. At ille respondit. Fratres meos quæro. indica mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicere. Eamus in Dothaim. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos & inuenit eos in Dothaim. Qui cum vidissent eum procul antequã accederet ad eos; cogitauerunt illum occidere; & mutuo loquebantur. ecce somniator venit; venite occidamus eum: & mittamus in cisternam veterem. Dicemusque fera pessima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum: & dicebat. Non interficiamus animam ei9; neque effundamus sanguinem: sed proijcite eum in cisternam hãc quæ est in solitudine: manusque vestras seruate innoxias. Hoc autẽ dicebat volẽs eripere eũ de manib9 eorũ: & reddere pr̃i suo.

Sabbato Lectio libri Genesis. Cap. xxvij.

IN diebus illis. Dixit Rebeca filio suo Iacob. Audiui patrem tuũ loquentem cũ Esau fratre tuo; & dicentem ei. Affert mih

de venatione tua & fac cibos vt comedam; & benedicam tibi coram dño antequã mo/ riar. Nunc ergo fili mi acqesce consilijs meis: & pergens ad gregem: affer mihi duos hę/ dos optimos: vt faciam ex eis escas patri tuo; quibus libenter vescitur. Quas cum intule ris & comederit: benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respõdit. Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit: & ego lenis. Si attrectauerit me pater me⁹ & senserit: timeo ne putet me sibi voluisse illudere; & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quẽ mater. In me sit (ait) ista maledictio fili mi: tãtum audi vocem meam: & pergens affer: quę dixi. Abijt & attulit: deditq; matri. Parauit illa cibos: sicut nouerat velle patrem illius: & vestib⁹ Esau valde bonis: quas apud se habebat domi induit eum. Pelliculasq; hę dorũ circũdedit manibus: & colli nuda pro- texit. Deditq; pulmẽtũ: & panes quos coxe rat tradidit. Quib⁹ illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Di/ xitq; Iacob. ego sum Esau primogenit⁹ tu⁹: feci sicut præcepisti mihi. Surge: sede & co/ mede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rursumq; Isaac ad filium suum.

dixerat nanq; Esau filio vt afferret sibi aliqd ex venatione. Nunc ergo. mater pro filio solicita/ commẽtum parat. Quis bus libenter vescitur: id est vesci consueuit. Pilo- sus hirsutus siue hispi/ dus. Ego lenis. tametsi le nis ad tactum referatur: idest non resistens: com/ modior littera est leuis: idest sine pilis: quod ap/ ponitur ei quod dixit pi losus. Senserit. dolos sibi parari. Abijt: scilicet ad gregem. Attulit. hędos iussos. Colli nuda. idest glabra. Pulmentum. car- nes sine ossibus. vnde di- ctum pulmentum. quasi pulpamentum. Vt pro- bem. quoniam ex voce dubitabat. Similitudinẽ maioris subaudi filij hoc est Esau. Expresserant: id est assimulauerant. Iuue. mirmillonem exprimat infans. Vestimentorum fragantiam: idest odorẽ ex vestibus: quę fuerant Esau. Agri plęni. florib⁹ & pomis odoratis. & subdit benedictiõis for/

Quomdo tam cito (inquit) inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Volũtas dei fuit. vt cito mihi occurreret quod volebã. Dixitq; Isaac Accede huc vt tãgam te: & ꝓbem vtrum tu sis filius meus Esau: an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo: dixit Isaac. Vox quidem: Vox Iacob est: sed man⁹; man⁹ sunt Esau. & nõ cognouit eũ: qa pilo/ sę manus similitudinẽ maioris expresserant: Bene dicẽs ergo: ait illi. Tu es filius meus Esau? Rñdit: ego sum. At ille. Affer (inqt) mihi ci/ bos de venatiõe tua fili mi: vt benedicat tibi aia mea. Quos cũ obla/ tos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto dixit ad eum. Accede ad me: & da mihi osculũ fili mi. Accessit & osculat⁹ est eum. Statimq; vt sensit vestimentorum illius fragrantiam: benedicens illi



mam. Irrugijt. pro infremuit. Nam rugitus leonum est. Iacob. interpretatur nanque Iacob supplantator Altera vice. quãdo vendidit illi primogenituram. sed illa non fuit fraus: quia volenti non fit iniuria.

ait. Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore cœli & de pinguedine terræ abũdantiã frumẽti vini & olei: & seruiãt tibi ppl'i: & adorent te tribus. esto dñs fratrũ tuorũ: & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi: sit ille maledictus & qui benedixit tibi: benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras venit Esau. Coctosque de venatione cibos intulit pri dicens. Surge pater mi; & comede de venetione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isac. Quis enim es tu? Qui respodit ego sum filius tuus primogenitus Esau. expauit Isaac stupore vehementi; & vltra quam credi potest admirans ait. Quis igitur ille est: qui dudum captam venationem attulit mihi; & comedi ex omnibus priusquam tu venires; benedixique ei; & erit bñdictus? Auditis Esau sermonibus patris: irrugijt clamore magno; & consternatus ait. Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. iuste vocatum est nomẽ eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit; & nunc secundo surripuit benedictionẽ meam. Rursumque ad patrem. Nunquid non reseruasti ait; & mihi benedictionem? Respondit Isaac. Dominum tuum illum constitui: & omes fratres suos seruituti illius subiugaui. Frumẽto & vino stabiliui eum; & tibi post hęc fili mi vltra quid faciam? Cui Esau ait; Num vnam (inquit) tantum benedictionem habes pater? Mihi quoque obsecro vt benedicas. Cũque eiulatu magno fleret: motus isaac dixit ad eum. In pinguedine terræ; & in rore cœli desuper erit bñdictio tua.

Mihi quoque bñdicas. instat Esau. & tandẽ bñdictiõis partẽ a Iacob extorqt. Cũ eiulatu. i. flebili voce. Sũt qui p aspiratione in pricipio scribãt qa ab hei sit verbũ heiulor inclinatum.

¶ Dominica tertia.

FRatres. Estote imitores dei. ex epistola Pauli ad Ephesios. cap. v. in quo posteaquã Ephesios instituit moribus: nũc eosdẽ informat exemplo. Exẽplũ autem

Dominica tertia. Lectio epistolæ beati Pauli ad Ephesios. Cap. v.

FRatres. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione; sicut & christ' dilexit nos; & tradidit semetipsum

pro nobis oblationē & hostiam deo in odo- rem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immundicia; aut auaricia: nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos. Aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas: quę ad rem nō pertinēt: sed magis gratiarum actio. Hoc au- tem scitote intelligētes ꝙ omnis fornicator: aut immūdus aut: auarus quod est idolorum seruitus; non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eo- rum. eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino; vt filij lucis ambulate. fructus enim lucis est in omni bonitate & iu- sticia & veritate.

Feria secunda. Lectio libri Regum quarto. Cap̄. v.

IN diebus illis. Naaman princeps militiæ regis Syriæ: erat vir magnus coram do- mino suo & honoratus. Per illum enim de- dit dominus salutem Syriæ. Erat autem vir fortis & diues; sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi qui captiuam du- xerant de terra Israel puellam paruulam: quæ erat in obsequio vxoris Naaman: quæ ait ad dominam suam. Vtinam fuisset domi- nus meus ad prophetam qui est in Samaria; profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus est itaqꝫ Naaman ad dominum suum: & nunciauit ei dicens. Sic & sic locu- ta est puella de terra Israel. Dixitqꝫ ei rex Syrię. Vade & mittā litteras ad regem Israel. Qui cum profectus esset; & tulisset secum

imitabile quod ꝓponit est christ9. Filij charissi- mi. alioqui nō essetis ve- ri filij: sed degeneres. & in quo debeāt xp̄m imi- tari declarat: hoc est ī di- lectione. In odorem sua- uitatis. hypallage est ꝓ in suauitatem odoris: & alludit ad holocaustū ex q̂ vapor exhallabat sua- uis. Fornicatio. & in ijs quæ sequūtur debemus christum imitari: fugien- do hæc vitia. Nec nomi- netur. igitur multo mi- nus exerceatur. Scurrili- tas. Paul9 hoc in loco eu trapeliā posuit: quæ co- mitas interp̄tat̄. & virt9 est circa iocos: sed & hos quoqꝫ Paul9 ꝓhibet: qa (vt ait) ad rē non ꝑtinet: quam christian9 intēdit. Gratiarū actio. ꝓ benefi- cijs acceptis subaudi sit vobis: sed qa grecę est eu charistia pōt interp̄tari gratiosus sermo sit vo- bis. Idoloꝝ seruit9: quia pecunias magis quā deū colunt. Nemo vos sedu- cat. hoc est ab hac doctri na separādo. Filios diffi- dētię. qui nō credūt quæ sunt credēda. Eratis te- nebrę. i. in ignorātia posi ti: nūc aūt estis filij lucis.

¶ Feria. ij. sequenti.

IN diebus illis. Naamā princeps. Ex lib. Reg. iiij. cap̄. v. In quo po- nit̄ miraculū q̂ Heliseus mūdauit a lepra naaman syꝝ. per illū dicūt hebrei qđ hic fuit q̄ sagitta fixit Achab regē. vñ Syria li- berata est. Dñs subaudi me9. Ad dñm. s. sirię regē

Talēta decem. In hebręo decē cētipodia. Vt cures .i. curari facias a ꝓpheta qui ꝑ te degit. Quot occasiones. coniunctio est potius quam nomē numerale: hoc est per, d, litteram. Abana & Pharphar videntur hi fluuij esse Syrię Damascenę vnde Naaman veniebat. Alia notiora sunt quam vt egeant expositione.

decem talenta argenti; & sex milia aureos: & decem mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regē Israel in hæc verba. Cum acceperis epistolam hanc scito ꝙ miserim ad te Naaman seruum meum: vt cures eum a lepra sua. Cumq̧ legisset rex israel litteras: scidit vestimenta sua; & ait. Nunquid deus sum vt occidere possim & viuificare: quia iste misit ad me hominem: vt curem eum a lepra? Animaduertite & videte: quot occasiones quærat aduersum me. Quod cum audisset Heliseus vir dei: scidisse videlicet regem israel vestimēta sua: misit ad eum dicens. Cur scidisti vestimenta tua? veniat ad me; sciat prophetam esse in israel. Venit ergo Naaman cum equis & curribus & stetit ad ostium domus Helisei. Misitq̧ ad eum Heliseus nunciū; dicēs. Vade & lauare septies in iordane: & recipiet sanitatem caro tua: atq̧ mundaberis. Iratusq̧ Naaman recedebat dicens. Putabā ꝙ egrederetur ad me; & stans inuocaret nomē domini dei sui; & tangeret manu sua locum lepræ; & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis israel; vt lauer in eis: & munder? Cum autem auertisset se: & abiret indignans; accesserunt ad eum serui sui; & loquuti sunt ei. Pater: & si rem grandē dixisset tibi propheta certe facere debueras: quātomagis; quia nunc dixit tibi; lauare; & mundaberis? Descendit ergo. & lauit in iordane septies iuxta sermonem viri dei; . & restituta est caro eius: sicut caro pueri paruuli, & mūdatus est a lepra. Reuersusq̧ ad virum dei: cum vniuerso comitatu suo: venit & stetit coram eo: & ait. Vere scio quia non est deus alius in vniuesa terra, nisi tantum in israel.

¶ Feria. iij sequenti.

IN diebus illis. Mulier quædam. ex. iiij. Reg lib. c. iiij. Ponit miraculum ab Heliseo factū in viduę consolationem: quam dicit fuisse vnam de vxoribus prophetarum. Creditor. qui pecunias crediderat viro

Feria. iij. Lectio libri Reg. iiij. Cap̄. iiij.

IN diebus illis. Mulier quædam clamabat ad Heliseum prophetam: dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est. Et tu nosti; quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit; vt tollat duos filios meos ad seruiēdum sibi. Cui dixit Heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa respōdit; Nō habeo ācilla tua quicq̄

meo dum viueret. Ad seruiẽdum sibi. pro patris debito. Quo vngar. apud antiquos hic erat præcipuus olei vsus: quo se fouerẽt. Non pauca. sed multa & quæ sufficiãt ad dissoluẽdum mariti debitum. Inde: idest ex oleo quod habes. Ostiũ sup se. i. post se. Stetitq;. idest fluere cessauit. Redde. quod maritus tuus acceperat. De reliquo. i. de eo quod restat a debiti dissolutione.

in domo mea: nisi parũ olei quo vngar. Cui ait; Vade; & pete mutuo ab omĩbus vicinis tuis vasa vacua non pauca; & ingredere & claude ostium. Cum in intrinsecus fueris tu & filij tui: mitte inde in omnia vasa hæc; & cum plena fuerint/tolles. Iuit itaq; mulier; & clausit ostiũ sup se & sup filios suos. Illi offerebãt vasa: & illa infundebat. Cũq; plena fuissent vasa: dixit ad filiũ suũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille respõdit. Nõ habeo. Stetitq; oleũ. Venit aũt illa & indicauit homini dei. Et ille. Vade (inquit) vẽde oleũ: & redde creditori tuo. Tu autẽ & filij tui viuite de reliquo.

Feria. iiij. Lectio libri. Exodi. Cap̃. xx.

HAec dicit dñs. Honora patrẽ tuum & matrem tuã vt sis longæuus super terram: quã dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. nõ mœchaberis: non furtũ facies: nõ loquaris cõtra proximũ tuum falsum testimonium. Non cõcupisces domũ ꝓximi tui nec desiderabis vxorem eius. Non seruum; nõ ancillam; non bouem: non asinum: nec omnia quæ illius sunt. Cunctus aũt populus audiebat voces & lampades: & sonitum buccinæ; mõtẽq; fumãtem. Et perterriti ac pauore concussi: steterũt procul dicentes Moysi. Loquere tu nobis & audiem⁹. Non loquatr̃ nobis de⁹ ne forte moriamur. Et ait Moyses ad ppl'm. Nolite timere. Vt em̃ ꝓbaret vos venit deus: & vt terror illius esset in vobis & non peccaretis. Stetitq; ppl's a longe. Moyses aũt accessit ad caliginem: in qua erat de⁹.

¶ Feria. iiij. sequenti.

HAec dicit dñs. Honora patrẽ tuum. Ex Exodo. ca. xx. vbi posteaquam posuit præcepta ordinantia hominem ad deum: hic ponit ordinãtia illum ad ꝓximũ. & in primis ad parentes: qui post deũ sunt autores vitæ nostræ. Nõ occides. quia qđ tibi nõ vis alteri ne faceris. Non mœchaberis. idest nõ cõmittes adulteriũ. Nõ furtum. quod qui facit: dissoluit societatẽ vitę. Falsum testimoniũ. in damnum ꝓximi redundans. Vxorem eius. quia vt dicit saluator noster: q videt alterius vxorem ad cõcupiscẽdum: iam mœchatus est eam in corde suo. &c. Populus videbat voces. pro audiebat. Loquere tu. quæ dominus loquuturus est nobis. Nolite timere. quia propterea non moriemini. Vt non peccaretis. ob timorem domini. De cœlo. idest de aëre: qui erat in montis cacumine. Deos alienos. idẽ pręceptũ sępe repetit: vt magis illud memorię inculcãdo affigat. Altare de terra. quia gentiles de lapidibus faciebant. Pacifica vestra. idest sacrificia ad placandum deum. In omni loco: idest altari mihi dicato.

Dixitq; præterea dominus ad Moysen. Hæc dices filijs Israel. Vos vidistis quod de cœlo loquutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: & offeretis super eum holocausta & pacifica vestra. Oues vestras: & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

¶ Feria.v.sequenti.

FActum est verbũ domini. Ex Hieremia. ca.vij. In quo posteaquam ꝓpheta exclusit quædam remedia in quibus iudæi confidebant: hic facit idem ex eo quod de suo templo fiduciam habebant. Sta in porta. vbi est maximus populi conuentus. Vias vestras: idest opera vestra. Habitabo vobiscũ. exaudiendo vos & faciẽdo quæ precamini: quod si non feceritis: deferam templũ vestrum: & quid sint facturi ostẽdit. Si benedixeritis. idest benedictiões dignas feceritis. cętera manifesta sunt. In loco isto. qui est in terra q̃ patribus vestris ꝓmisi.

Feria.v. Hieremiæ ꝓphetæ. Cap̃.vij.

IN diebus illis. Factum est verbum domini ad me; dicens. Sta in porta domus domini: & prędica ibi verbum istud: & dic. Audite verbum domini omnis iuda qui ingredimini per portas has: vt adoretis dñm. Hęc dicit dominus exercituum deus israel. Bonas facite vias vestras: & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes. Templũ domini / templũ domini / templum domini est. Quoniam si benedixeritis vias vestras: & studia vestra; si feceritis iudiciũ inter virum & proximũ eius: aduenæ pupillo & viduæ non feceritis calũniam: nec sanguinem innocentem non effuderetis in loco hoc: & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto: in terra quam dedi patribus vestris a sæculo & vsq; in sæculum. Ait dominus omnipotens.

¶ Feria.vi.sequẽti.

IN diebus illis. Conuenerunt filij israel. Ex libro Numeroꝝ. cap.xx. Miraculum describitur quod factum est in aquæ penuria. dicit igitur quod cũ hebræoꝝ multitudo esset in deserto sin (sin interpretatur sancta: per antiphrasim: sicut dicitur lucus cum minime luceat. vel bellum: cum sit horridum:) defecissetq;

Feria.vi. Numeri. Cap̃.xx.

IN diebus illis. Conuenerunt filij israel aduersus Moysen & Aaron; & versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam vt bibamus. Ingressusq;. Moyses & Aaron dimissa multitudine ante tabernaculo fœderis; corruerunt proni in terram: clamaueruntq; ad dominum: & dixerunt. Domine deus audi clamorem populi huius: & aperi eis thesaurum tuum fontẽ aquæ viuæ: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria do-

mini super eos. Loquutusq; est dominus ad Moysen: dicens. Tolle virgã: & congrega pplm tu & Aaron frater tu9: & loqmini ad petrã corã eis. Et illa dabit aquas. Cũq; eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo: & iumẽta eius. Tulit igit Moyses virgã; quæ erat in cõspectu dñi: sicut præceperat ei cõgregata multitudine ante petram: dixitq; ei9. Audite rebelles & increduli. Nũ de petra hac vobis aquam poterimus eijcire: cũq; eleuasset Moyses manũ: pcuciens virgã bis silicẽ: egressæ sunt aquę largissimæ: ita vt populus biberet & iumẽta. Dixit dñs ad Moysen & Aaron. Quia non credidistis mihi: vt sanctificaueritis me corã filijs israel: nõ introducetis hos pplos in terrã quã dabo eis. Hęc est aqua cõtradictionis: vbi iurgati sunt filij isrl cõtra dñm: sctificat9 est in eis.

Sabbõ. Danielis pphetæ. Cap. xiij.

IN diebus illis. Erat vir habitãs in Babylone. & nomẽ eius Ioachim. Et accepit vxorem noie Susannã filiã Elchiæ; pulchram nimis; & timẽtẽ deũ. Parẽtes em illi9 cũ essent iusti erudierũt filiam suam secũdum legem Moysi. Erat autem Ioachim diues valde. Et erat ei pomariũ vicinũ domus suę & ad ipm confluebant iudæi: eo q esset honorabilior omnium. Et cõstituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quib9 loquut9 est dñs. Quia egressa inigtas de Babylone a seniorib9 iudicib9: qui videbant regere pplm. Isti frequẽtabãt domũ Ioachim: & veniebãt ad eos oẽs qui habebant iudicia. Cum autẽ ppls reuertisset per meridiẽ: ingrediebat Susanna: & deãbulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes cotidie ingrediẽtem & deambulantem: & exarserũt in cõcupiscentiam eius.

aqua: conuenerunt. &c. Apparuit gloria domini. i. nubes ex qua dominus loqui solebat. Tolle virgam. scilicet Aaron quæ erat in tabernaculo testimonij. Num de petra hac. quasi dicat: tametsi videtur impossibile: nihilominus dei potẽtia hoc fiet. Bis. quia primo ictu non eruperint aquæ: forte ex eo quod moyses dubitauit. Vt sãctificaretis me. firmiter meis promissis credẽdo: sed contrarium fecistis. Quam dabo eis. idest daturus erã. aut dabo illorum posteritati. Sanctificatus est in eis. idest in Mose & Aaron puniendo eos: quia peccauerũt dubitãdo: quia solo verbo potuert eijcere aquã ex petra.

Sabbato sequenti.

IN dieb9 illis. Erat vir habitans. Ex Daniele propheta. cap. xiij. In quo ponitur historia Susannę sumpta ex Theodotione: cum nusquam alibi legeret: de quo multa Hieronymus in prologo Danielis. In Babylone videtur hoc fuisse tẽpore captiuitatis: in qua etiam hebręi poterãt habere suos iudices. Pomarium. i. hortus pomis cõsitus: non pomeriũ: vt in quibusdam codicibus legit: qd significat vrbis spaciũ iter muros publicos & priuatas domos. De quibus loquut9 est dñs Hieremię. Ca. xxix. Ponat te ingt dñs sicut



Sedechiam & Achab: quos frixit rex babylonis in igne: pro eo quod fecerunt stulticiam in israel & mœchati sũt in vxores amicorum suorum: neq; obstat quod dicit historia illos lapidatos: quia potuit vtrumq; fieri: prius lapidari deinde frigi: atq; igni comburi. Populus reuertisset. scilicet a litibus & foro vbi iudices reddebant iura. Videbant eam. quia frequentabãt domum Ioachim. Euerterũt sensum: idest a recta ratione deflexerunt. Videret cœlum: idest deum in cœlo habitantem. Dolorem: idest affectum amoris. Eamus domum. hoc dicebant quia vterq; solus volebat Susannam interpellare: quod cum frustra sępe fecissent: tandem alter alteri fassus est amorem suum. Sicut heri. pro pridie. Et nudiustertius. id est die præcedẽte diẽ pridianũ. Smegmata. saponem & alia quæ ad muliebres mundicias apta sunt. Nam smegmo est purgo: & inde smegmata purgatoria. Per posticũ: idest pomarij ostiũ secretius. Emisisti puellas. ne essent testes adulterij. Mors mihi est. s. parata ex lege mosi. Absq; opere. idest sine peccato. Senes loquuti sunt. mentientes quod non viderant. Dies crastina: idest postera eius diei quo hæc acta erant.

Et euerterunt sensum suũ; & declinauerunt oculos suos; vt non viderẽt cœlum: neq; recordarẽtur iudiciorum iustoꝝ. Factum est autem cum obseruarẽt diem aptum; quãdo eam possent inuenire solam: ingressa est aliquãdo sicut heri & nudiustertius cum duabus solis puellis: voluitq; lauari in pomario. Aestus quippe erat: & nõ erat ibi quispiam præter duos senes absconditos: & contẽplantes eam. Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleũ & smegmata; & ostia pomarij claudite; vt lauer. Cum autem egressæ essent puellæ; surrexerunt duo senes: & occurrerũt ad illam: & dixerunt, Ecce ostia pomarij clausa sunt: & nemo nos videt: & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis: & commiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicemus cõtra te testimoniũ: ꝙ fuerit tecum iuuẽnis: & ob hãc causam emisisti puellas a te. Ingemuit Susanna: & ait. Angustiæ mihi sunt vndiq;. Si ẽm hoc egero; mors mihi est. Si autem non egero: non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras; ꝙ̃ peccare in conspectu domini. Exclamauit voce magna Susanna: Exclamauerũt autem & senes aduersus eam. Et occurrit vnus ad ostia pomarij; & aperuit. Cum aũt audissent clamorem in pomario: famuli domus irruerũt per posticum; vt viderẽt quidnam hoc esset. postq̃ autem senes locuti sunt: erubuerũt serui vehementer: quia nunq̃ dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Et cum venisset populus ad virum eius Ioachin: venerũt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam; vt interficierẽt eam. Et dixerunt coram populo.

Mitte ad Susannam filiam Elchię vxorem Ioachim. Et statim miserunt: & venit cũ parentibus & filijs: & vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui: & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo præsbyteri in medio populi: posuerũt manus super caput eius. Quæ flens suspexit ad cœlũ. Erat autem cor eius fiduciam habens in domimino. Et dixerunt præsbyteri. Cum deãbularemus in pomario soli: ingressa est hæc cum duabus solis puellis: & clausit hostium pomarij: & dimisit a se puellas. Venitq́ ad eã adolescens qui erat absconditus: & concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij videntes iniquitatem; cucurrim9 ad eos; & vidim9 eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ nequiuim9 cõprehendere: quia fortior nobis erat. Et aperto hostio exiliuit. Hãc autẽ: cũ apprehendissemus: interrogauimus quis nam esset adolescens: & noluit indicare nobis. Huius rei testes sum9. Credidit eis multitudo quasi senioribus & iudicibus populi: & condẽnauerunt eã ad mortem. Exclamauit voce magna Susanna: & dixit. Deus æterne qui absconditorũ es cognitor: q nosti oĩa anteq̃ fiãt: tu scis qm̃ falsũ cõtra me tulerũt testimonium. Et ecce morior cum nihil horum fecerim: quæ isti maliciose composuerunt aduersum me. Et exaudiuit dominus vocem ei9. Cũq́ duceretur ad mortem: suscitauit dominus spiritũ pueri iunioris: cui nomen Daniel. Et exclamauit voce magna; dicens. Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis pupulus ad eum: dixit. Quis est iste sermo quem tu loquutus es? Qui cum staret in medio eorũ: dixit. Sic fatui filiji israel nõ iudicantes: neq́ quod verũ est cognoscentes: condẽnastis filiã israel. Reuertimini ad iudiciũ: quia falsum testimoniũ loquuti sunt aduersus eam: Reuersusq́ est ergo populus cũ festinatiõe: Et dixerũt ei senes; veni & sede in medio nostrũ; & indica nobis; qa tibi deus dedit ho-

Mittite ad Susannã. scilicet: vt veniat in iudiciũ. Duo pręsbyteri. i. seniores illi iudices. Manus super caput. hoc faciebant testes: quorꝫ testimonio quispiã erat cõdẽnãdus. vt habet ex leuiti. xxiiij. Cum deãbularemus. hęc est forma testimonij falsi quæ satis liquet.

Deus æterne. consciẽtiã suam testatur Susanna. A sanguine huius. quia innocens est. Senes dixerunt ei. scilicet alij qui & ipsi iudices erãt: siue duorum illorum iudicum assessores. Honorem senectuti. quia cani hominis sapientia illius. Inueteratæ dierum malorũ. idest in malis operibus cõsũptorꝫ. Peccata tua. idest peccatorum tuorũ pœna. Dicente domino. hoc scriptũ est in Deut. cap. xxvij. Sub chino. i. sub lentisco. Scindet te. qa dixit sub schino: subiunxit alludens ac schini nomen schise. idest scindet te. &c̃. Semẽ chanaã. quia & si de tribus esset

norem senectutis. Et dixit ad eos Daniel. Separate illos ab inuicem procul: & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essēt alter ab altero: vocauit vnū de eis; & dixit ad eū. Inueterate dierū malorū: nūc inuenerūt te peccata tua: q̄ operabaris pri⁹ indicās iudicia iniusta. Innocētes opprimēs: & dimittēs noxios: dicēte dño. Innocentē & iustū non interficies. Nūc ergo si vidisti eā: dic sub qua arbore videris eos pariter colloquētes sibi? Qui ait. Sub schino. Dixit aūt ei Daniel. Recte mētitus es tu in caput tuū. Ecce eñ angelus dñi accepta sententia ab eo: scindet te mediū. Et amoto eo iussit venire aliū: & dixit ei. Semen chanaā & nō iuda: species decepit te: & cōcupiscētia subuertit cor tuū

iuda degenerabat in chananços. Species. pulchritudo puellę. Loquebant vobis assentientes. Filia iuda. Susanna q̄ nobilis & generosa erat. Sub prino. i. sub ilice. Secet te. q̄a dixerat sub prino alludens ad nomē subiūxit Prise. i. secabit te mediū de quib⁹ vide Hieronymū in procemio Danielis plurib⁹ hunc locū exponentē. Cętera patent.

¶ Dominica. iiij. in. lx.

FRatres. Scriptum est quoniā Abraā. Ex epistola Pauli ad Galatas. ca. iiij. In quo postea q̄ per rōnes egerat de cessatiōe legis mosaicę: illud idē p similitudines ostendit. & primo de filio hęrede sub tutoribus relicto. nūc de libero & seruo scriptum est Geñ. xxvi. d̄ ismaele. xxi de Isaac. de ancilla. s. agar De libera. i. sara. Secudū carnē. i. naturali mō. vñ huiusmodi naturales filij dicunt. Per repromissionē. s. factam a deo: hoc est spūali quodāmodo. Per allegoriā. i. p similitudinē. nā ait Hierony-

Sic faciebatis filiab⁹ israel: & illę timētes loq̄bant vobis. Sed nō filia iuda sustinuit iniq̄tatē vr̄am. Nūc ergo dic mihi sub q̄ arbore cōprehēderis eos colloquētes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit aūt ei Daniel. Recte mētit⁹ es & tu i caput tuū. Manet eñ angel⁹ dñi gladiū habēs: vt secet te mediū: & interficiat vos. Exclamauit itaq; oīs cœtus voce magna: & bñdixerunt deū qui saluat sperātes in se. & cōsurrexerūt oēs aduers⁹ duos presbyteros. Conuicerat aūt eos Daniel ex ore suo falsū dixisse testimoniū. fecerūtq; eis sicuti male egerāt aduers⁹ ꝓximū & iterfecerūt eos. & saluat⁹ est sāguis innoxi⁹ i die illa.

Dñica. iiij. ad Galatas. Cap. iiij.

FRatres. Scriptū est enim q̄m Abraā duos filios habuit; vnum de ancilla: & vnū de libera. Sed q̄ de ancilla sc̄dm carnē natus est. q̄ aūt de libera: p repromissionē: q̄ sunt p allegoriā dicta. Hæc eñ sunt duo testamenta. Vnū quidē in monte Sinai in seruitutem generans: quæ est agar. Sina enim mons est in Arabia: q̄ cōiunctus est ei: quæ nūc est Ierusalē: & seruit cū filijs suis. illa aūt quæ sursum est Ierusalē: libera est quæ est mater nr̄a. Scriptū est eñ. Lætare sterilis q̄ nō paris, erūpe & clama quæ nō parturis:

quia multi filij desertæ: magis quam eius quę habet virũ. Nos aũt fratres scdm Isaac pmissionis filij sum⁹. Sed quomõ tũc is qui scdm carnẽ nat⁹ fuerat: persequebat eũ qui scdm spiritũ: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillã & filiũ eius. nõ eñ heres erit filius ancillę cũ filio liberę. Itaq fratres iã non sumus ancillæ filij. sed liberæ. Qua libertate christus nos liberauit.

Fra.ij. Lectio libri Regũ.iij. Cap.iij.

IN dieb⁹ illis. Venerũt duę mulieres meretrices ad Regem Salomonẽ: steterũtq corã eo. Quarum vna ait. Obsecro dñe mi: ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eã in cubiculo. Tertia vero die postq ego peperi: pepit & hęc. Et eramus simul. nullusq alius in domo nobiscũ: exceptis nobis duab⁹. Mortu⁹ est aũt filius mulieris hui⁹ nocte: dormiẽs quippe oppressit eũ. & cõsurgẽs in tẽpestę noctis silentio: tulit filiũ meũ de latere meo ancillę tuæ dormientis & collocauit in sinu suo: suũ aũt filiũ q erat mortu⁹ posuit in sinu meo. Cũq surrexissem mane; vt darẽ lac filio meo: apparuit mortu⁹. Quẽ diligẽtius intuẽs clara luce deprehẽdi non esse meũ quẽ genuerã. Respõditq altera mulier. Nõ est ita: sed fili⁹ tuus mortu⁹ est: me⁹ aũt viuit. ecõtrario illa dicebat. Mẽtiris. fili⁹ quippe me⁹ viuit: & filius tus mortu⁹ est. Atq in hũc modũ contẽdebãt corã rege. Tũc rex ait. Hæc dicit fili⁹ meus viuit: & filius tuus mortus est. & ista respondit; nõ: sed filius tuus mortuns est: & me⁹ viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiũ. Cũq attulissent gladiũ coram rege; ait. Diuidite inquit infantẽ viuũ in duas partes: & date dimidiã ptẽ vni: & dimidiã ptẽ alteri.

mus. allegoria aliud ptẽdit i verbis: aliud signat in sensu. Duo testamẽta. nouũ & vet⁹. In mõte sina. vbi data est lex vet⁹ p Mosen. Cõiũct⁹ est ei. in greco habet q vergit in Ierusalẽ alioqui sina longe a Ierusalẽ distat. Seruit. i. degit in seruitute legis. Illa ierusalẽ. i. eccl'ia quę per Sarã designat, sicut p agar synogoga. Lętare sterilis. Esaię.ca.liiij. & fuit sara sterilis: quia vnicũ i senectute genuit. Agar aũt plures: nã post sarę obitũ illã Abraã sup induxit vxorẽ mutato nomine in Cethurã: & ex ea cõplures genuit. Multi filij desertæ. i. eccl'iæ q in initio paucos habuit: sed deinceps plures genuit in christo.

¶ Feria.ij. sequẽti.

IN diebus illis. Venerũt duę mulieres. Ex. iij. Reg. cap.iij. In quo habet quo pacto Salomõ deo permittẽte vt optaret qcquid velit: post habitis omnib⁹ alijs elegit sapiẽtiã. Et in experimẽtũ doni a deo accepti. ponit iudiciũ primũ qd fecit de duab⁹ mulierculis disceptantib⁹ se iudice. Lctõ expositiõe nõ eget. Nocte intempesta & noctis silẽtiũ dr̃ media nox quo tẽpore oia silẽt: & tẽpus nõ est quidpiã administrãdi. Commota sunt quippe viscera ei⁹ sup filio suo. Hæc omnia p parenthesim dicta sunt.

¶ Feria.iij. sequenti.

Dicit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine: date illi infantem viuum & nolite interficere eũ. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit; sed diuidat. Respõdit rex; & ait. Date huic infantẽ viuũ: & nolite occidere eum. Hæc est enim mater eius. Audiuit itaq; omis israel iudicium quod iudicasset rex; & timuerunt regem videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

Feria tertia. Exodi. Cap. xxxij.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad Moysen dicens. Descẽde de mõte; quia peccauit populus tu⁹ quem eduxisti de terra ægypti. Recesserũt cito de via quã ostẽdisti eis; feceruntq; sibi vitulum cõflatilem & adorauerunt: atq; immolantes ei hostias; dixerunt. Isti sunt dij tui israel: qui te eduxerunt de terra ægypti. Rursumq; ait dominus ad Moysen. Cerno q populus iste dure ceruicis sit. dimitte me: vt irascatur furor me⁹ contra eum; & deleam eos: faciãq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum: dicens. Cur dñe irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de terra ægypti: in fortitudine magna & in manu robusta. Ne quęso dicant ægyptij. callide eduxit eos vt interficeret in montibus: & deleret de terra. Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraam & Isaac & Israel seruorum tuorum: quib⁹ iurasti per temetipsum: dicẽs. Multiplicabo semen vestrũ sicut stellas cœli. & vniuersã terrã hãc de qua locutus sum: dabo semini vestro & possidebitis eã semper. Placatusq; est dñs: ne faceret malum quod locutus fuerat aduersum populum suum: & misertus est populo Dominus deus noster.

Feria. iiij. Ezechielis. Cap. xxxvi.

LOcutus est dominus ad Moysen: dicens. Descende de monte. Ex exodo. capite xxxij. vbi postea quam populus absente Moyse conflauit vitulum: illumq; colere instituisset hic ostendit quid deus mosi faciendum præcipit: sed tandem illius precibus est platus. Populus tuus. quasi dicat: iam per idolatriam non me⁹. Conflatilem. ex conflatione fornacis fusum. & formatum. Dure ceruicis. idest ceruicosus & durus atq; indocilis: dimitte me. idest non interponas preces in hoc quod volo exequi. In gẽtem magnam: idest principem gentis magnę. Ne dicant ægyptij. qa si quod minaris facis. Dicẽt ęgyptij &c. quod locutus fuerat: scilicet Mosi cum interminabatur illi hebræorum perniciem.

¶ Feria quarta sequenti.

HAec dicit dominus deus. Sanctificabo nomen. Ex Ezachielele capite. xxxvi. In quo posteaq̃ minatus est pp̄lo israelitico aduersa: in eorum consolationem prædixit illis prospera. Sanctificabo nomẽ tuum. idest sanctum ostendam liberando vos ex seruitute. Pollutum est. per idolatriam miscendo vos ritibus gentiũ inter quas versati estis. De gẽtib⁹ inter quas estis diffusi. Terrã vestrã. s. promissionis. Mundamini. ab effectu: quia lustrat peccatũ originale. Cor nouũ & spiritum. q̃a lex euangelica tota est spiritualis: cũ Mosaica sit carnalis. Cætera satis patẽt: neq̃ indigẽt expositiõe.

HAec dicit dñs deus. Sanctificabo nomẽ meum magnum; quod pollutum est inter gentes; quod polluistis in medio earum; vt sciant gentes quia ego dñs; cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus; & cõgregabo vos de vniuersis terris; & adducam vos in terrã vestram. & effundam super vos aquã mundam; & mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris; & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos: & dabo vobis cor nouum: & spiritum nouum ponam in medio vestri. & auferam cor lapidum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum: & spiritum meũ ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis; & iudicia mea costodiatis & operamini: & habitabitis in terra quã dedi patrib⁹ vr̄is. & eritis mihi in ppl'm: & ego ero vobis in deum. Dixit dñs op̄s.

Lectio Esaiæ prophetœ. Cap̄. i.

HAec dicit dominus deus. Lauamini: mundi estote. auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite bene facere. Quęrite iudiciũ: subuenite oppresso: iudicate pupillo: deffẽdite viduã: & venite arguite me: dicit dñs. Si fuerint pecata vr̄a vt coccinum: quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis: & audieritis me: bona terræ comeditis. Dicit dominus omnipotens.

HAec dicit dñs. Lauamini & mũdi estote. Ex Esa. cap̄. i. In quo posteaq̃ interminat⁹ est peccatorũ punitionẽ. hic ponit remedium quo sit interim vtendum. Lauamini. s. a peccatorum maculis. Et mundi estote. cauendo a futuro: ne recidatis ĩ pristinos errores. Cogitationum. i. interiorum & occultorum criminum. Quiescite. i. cessate. sed quia non est satis abstinere a malo: sed bonum etiã facere subiungit benefacere. Venite & arguite me. i. si nõ retulero vobis p̄mia pro vr̄is bonis operib⁹. Sicut coccinũ. idest rubra. vt est coccinus color. est aũt coccũ: q̄d hispani vocãt grana q̃ colligũtur ex q̃squilia frutice nota. Vermicul⁹ opinor interpres p ỹ miculũ ip̄m coccũ intelligere: q̄d in vermicl'os resoluitur tandem: si nõ vtribus cuntineatur. Si volueritis. scilicet præceptis meis obtemperare. Bona terræ comedetis. idest spiritualibus bonis ditabimini.

¶ Feria quinta sequenti. In diebus illis. Venit mulier. Ex .iiij. Regū. cap. iiij. In quo postea ꝙ mulier sunamitis concepit Heliseo predicante & peperit filium: quem adultū deinde amisit: hic ponit quo pacto ē ab eodem propheta restitut⁹ vitę. Mulier sunanimitis ex Sunā vrbe Palestinæ Iudæę. In mōtem carmeli, quem Helisęus frequētabat. Respondit: recte: dissimulauit forte dolorem: ne prohiberetur accedere. Amoueret. a pedibus prophetæ. Celauit a me. quia prophetę nō vidēt: nisi quę a spiritu sancto reuelantur illis. Petiui filium (quasi dicat) tu sponte obtulisti: & impetrasti: igitur & suscitare potes amissum. Viuit dominus. modus iurādi frequens in scriptura. i. per vitam meam: & tuā. Super se & super puerū: idest post se & puerū. sic quoqꝫ supra exposuim⁹. Reuersus in galgalam. locus quoqꝫ ab Heliseo frequētatus quemadmodū & carmelus: distatqꝫ a Ierico duobus passuū millib⁹: ceciditqꝫ in sortem tribus iuda.

Feria. v. Lectio libri. Reg. iiij. Cap. iiij.

IN diebus illis. Venit mulier sunamitis ad Helisęum prophetam in mōtem carmeli. Cūqꝫ vidisset eam vir dei de contra: ait ad Giezi puerū suum. ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius & dic ei. Recte ne agitur circa te: & circa virum tuum: & circa filiū tuū? Quæ dixit. Recte. Cūqꝫ venisset ad virum dei in mōtem: apprehendit pedes eius: & accessit Giezi: vt amoueret eam; & ait homo dei. Dimitte illam: aīa eius in amaritudine est; & dñs celauit a me: & non indicauit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petiuit filium a domino meo? Nunquid non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: & tolle baculum meum in manu tua; & vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum. & si salutauerit te quispiam: nō respondeas illi. & pones baculum meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs: & viuit aīa tua; nō dimittā te. Surrexit ergo: & secut⁹ est eā. Giezi aūt pręcesserat ante eos; & posuerat baculū sup faciē pueri: & nō erat ei vox neqꝫ sens⁹. Reuersusqꝫ ē giezi in occursum ei⁹; & nūciauit ei: dicēs. Nō surrexit puer. Ingressus est ergo Helisę⁹ domū: & ecce puer mortu⁹ iacebat in lectulo ei⁹. Ingressusqꝫ clausit hostiū sup se: & sup puerū: & orauit ad dñm. & ascēdit & incubit sup puerū. Posuitqꝫ os suū sup os pueri: & oculos suos sup oculos ei⁹. & man⁹ suas sup manus eius: & incuruauit se sup eū: & calefacta ē caro pueri. At ille reuersus deambulauit in domo semel huc & illuc. & ascendit: & incubuit se sup eū: & oscitauit puer septies: aperuitqꝫ oculos. At ille vocauit Giezi & dixit ei. Voca sunamitē hanc. Quæ vocata: ingressa est ad deū. Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa: & corruit ad pedes eius & adorauit sup terrā. Tulitqꝫ filiū suū. & egressa ē. Helisę⁹ vero reuers⁹ est in galgalā.

¶ Feria sexta sequenti.

IN diebus illis. Aegrotauit fili9. Ex tertio Regum cap. xvij. In quo post eaq̄ posuit miraculum illud: de quo supra dictum est: quo pacto diuertit ad mulierem viduam Sareptanā: pauitq̄ illam filiumq̄ illius: & ipse mirabiliter ab ea pastus est ex vno pugillo farinæ: nunc ponit quemadmodum mortuus puer: est ab eadē propheta suscitat9. Mulieris. scilicet sareptanę. Halitus. i. spirit9: quo extincto sequat mors necesse est. Quid mihi & tibi. idest quid negocij erat tibi ī domo mea. Iniqtates meę: quasi ex ingressu illius in domum eius viderit mulieris pcca: quę alias nō vidisset. In cœnaculum. partem domus superiorem. Expandit se. idest explicauit se. Mensus est a metior. iris. sic Vergilius Hæsperiam metire iacens. Inferiorem domum. quia (vt dixim9) cœnaculū pars est superior. Nūc cognoui. idest experimento didici.

Feria. vi. Lectio libri Regum. iij. Cap. xvij.

IN diebus illis. Aegrotauit filius mulieris matris familias; & erat langor fortissim9: ita vt non remaneret in eo halitus. Dixitq̄ ergo ad Heliam. quid mihi & tibi vir dei? ingressus es ad me; vt rēmorarentur iniquitates meę: & interficeres filiū meum: & ait ad eā Helias. Da mihi filiū tuū. Tulitq̄ eum de sinu illius: & portauit in cœnaculū; vbi ipse manebat: & posuit super lectū; & clamauit ad dn̄m: & dixit. Domine deus meus: etiam ne viduā apud quam ego vt cūq̄ substētor afflixisti: vt interficeres filium eius? & expādit se atq̄ mensus est super puerum trib9 vicibus; clamauitq̄ ad dn̄m: & ait. Dn̄e deus meus; reuertatur obsecro anima pueri hui9 in viscera eius. & exaudiuit dn̄s vocē Helię: & reuersa est anima pueri intra eum & reuixit. Tulitq̄ Helias puerū: & deposuit eum in cœnaculo in inferiorem domum & tradidit illū matri suæ. & ait illi. en viuit filius tu9. Dixitq̄ mulier ad Heliam. Nunc in isto cognoui: quoniā vir dei es tu: & verbum domini in ore tuo verum est.

HAec dicit dominus. In tempore placito. Ex Esaia propheta cap. xlix. Qđ etiam secūdum hebręos de messia est exponendum: hoc est de christo vēturo. In tempore placito. idest legis gratiæ. Exaudiui te. vox patris est ad filium. In die salutis. idest passionis tuæ: que fit omnium salus. Auxiliatus sum. dando constantiam patiendi.

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. xlix.

HAec dicit dominus. In tempore placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. & seruaui te: & dedi te in fœdus ppli: vt suscitares terrā: & possideres hęreditates Iacob dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt; exite: & his qui in tenebris sunt: reuelamini. Super vias pascentur: & in omnibus planis erunt pascua eorum.

In fœdus populi. vt per te deo fœderaretur: reconciliareturq;. Terram. i. terrę habitatores. Qui vincti sunt. i. peccatis impliciti. Reuelamini in veritatis cognitione. Pascentur. loca pastionis commemorat. Non esurient. in translatione pastionis perstat. Montes meos. per euangelij prędicationē nihil erit inuium. Semitæ meę. hoc est pcepta. De longe venient. scilicet ad fidē per prędicationē. Et mari. quod est occasum Iudeæ. Laudate cœli. gratiarum actio est pro tanto bñficio. Et dixit sion. idest illi qui fuerunt habitatores sion: ducti in captiuitatē. Illa mulier. quæ peperit. Ego nō obliuiscar. scilicet ppli mei.

HAec dicit domin9 Omnes sitientes. Ex Esaia propheta. cap. lv. Quod ad christi prædicationem discipulorumq; per mūdum dispersionem gētiumq; vocationem pertinet. Venite ad aquas salientes. scilicet in vitam æternam. Non habetis argentum. quia bona spiritualia non emuntur. Vinū & lac. per quæ intelligit cibos spirituales. Nō in panibus. sed in alijs quæ magis famē augent. Comedite bonū. i. cibum q non perit: sed in æternū saliat. Pactum sempiternum. idest legem euangelicam. quia lex Mosi temporalis fuit. Fideles non fidelis. Paul9 actuū. xiij. Hoc citat ex septuaginta interpretatiōe sancta. Dauid fidelia. Testē dedi eū. pater de filio dicit hoc. Quam nesciebas. superius de filio loquebatur: nunc ad filium. Quęrite dominum. oēs hortatur nunc: vt in tēpore gratiæ quęrāt deū.

Non esuriēt neq; sitient amplius: & nō percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorū reget illos: & ad fontes aquarū potabit eos. & ponam oēs montes meos in viam: & semitæ meę exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: & ecce illi ab aquilone & mari: & isti de terra australi. Laudate cœli & exltet terra: iubilate montes laudem: quia consolatus est domin9 populum suum: & pauperū suorum miserebitur. & dixit sion. Dereliquit me dominus: & dñs oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum: vt nō misereatur filio vteri sui: & si illa oblita fuerit: ego tamen nō obliuiscar tui. Dicit dominus omnipotens.

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. lv.

HAec dicit dominus. Omnes sititenes venite ad aquas: & qui non habetis argentū: properate: emite & comedite: venite emite absq; argento: & absq; vlla commutatione vinū & lac: quare appenditis argentū non in panibus: & laborē vestrū non in saturitate: Audite audiētes me: & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurē vestram & venite ad me: audite & viuet anima vestra. & feriam vobiscum pactū sempiternū, mias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eū ducē ac pręceptorē gentibus. ecce gentem quam nesciebas; vocabis. & gentes quę nō cognouerunt; ad te current, ppter dominū deum tuum & sanctum israel; quia glorifi-

cauit te. Quærite dominũ; dum inueniri potest; inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam; & vir iniquus cogitationes suas & reuertatur ad dominum & miserebitur eius; & ad deum nostrũ; quoniã multus est ad ignoscẽdum. Non eñ cogitationes meæ: cogitiões vestræ: neq; viæ meæ viæ vestræ: dicit dominus. Quia sicut exaltantur cœli terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ a vijs vr̃is: & cogitatiões meę a cogitatiõibus vr̃is. & quõ descẽdit imber & nix de cœlo: & illuc vltra nõ reuertetur: sed inebriat terrã & infundit eam: & germinare eam facit: & dat semen serenti: & panem comedenti: sic erit verbum meum: quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed facit quæcũq; volui; & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Dicit dñs omnipotẽs.

Dñica in passiõe. Ad hebræos. Cap̃: ix.

FRatres. Christus autẽ assistens Pontifex futurorꝫ bonorum; per amplius & perfectius tabernaculum non manufactũ; idest non huius creatiõis; neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna; redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorꝫ aut taurorꝫ: & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationẽ carnis: quanto magis sanguis xp̃i qui ꝑ sp̃m sc̃m semetip̃m obtulit immaculatũ deo emũdabit conscientiam nostrã ab opibus mortuis: ad seruiẽdũ deo viuẽti. & ideo noui testamenti mediator est; vt morte intercedẽte: in redẽptionẽ carꝫ præuaricationũ quę suberãt sub priori testamento repromissionem accipiãt; qui vocati sunt æternæ hæreditatis. in Christo Iesu domino nostro.

Quoniã mult9 est. idest ꝓpensus & liberalis. Cogitationes meæ. quasi dicat. al'r deus: al'r homo in his se habet: & ponit cõparationẽ manifestã. sed hæc in superioribus iam exposita sunt.

¶Dominica in passione.

CHrist9 assistẽs. Ex epistola Pauli ad Hebręos cap̃. ix. In quo ministeria veteris legis cõparat nouę: & postea q; narrauit qd in veteri fiebat: nunc quid in noua fit: demonstrat, dicens. Christus assistens: in græco adueniens. Pontifex futurorũ. sicut Aaron fuit pręteritorũ. Tabernaculũ non manufactũ. quale fuit Mosi: sed per spiritũ sanctũ. Introiuit semel. idest in ęternũ In sancta. scilicet sanctorum æterna redemptione inuenta. in gręco inuẽtus est. nã refert ad xp̃m Si enim. locus est a minori ad maius. Cinis aspersus: quia vt dicit numeri cap̃. xix: Cineres vitulę combustę imponebãtur aquę: qua immũdi lustrabãtur. Emũdauit: in græco per futurum emũdabit. Mediator est. intercedẽte morte: per quam eius testamẽtum est confirmatum. Vt qui sunt vocati ęternę hęreditis. idest ad hęreditem. Accipient repromissionẽ. s. facta abraã. In redẽptionẽ pręuaricationũ: quæ in veteri lege per sacrificia non poterant tolli.

¶ Feria. ij. sequenti.

FActum est verbum dñi. ex Iona ꝓpheta cap. iij. in quo continet quo pacto Ionas executus est sibi a deo imperatũ (hoc est) vt iret niniuẽ &c. Secũdo: quia illud idem preceperat. que loquor. i. antea sum locutus. Itinere trium dierũ. vt vici omnes vrbis peragrarẽtur. Adhuc quadragita dies. subaudi restãt: qui sunt dati ad pñiam. Saccis. i. cilicio ex pilis caprarum. Sedit in cinere. humilians se videlicet coram dño & clamauit. Ex ore Regis. s. p præconẽ. In fortitudine. i. fortiter Si cõuertatur: quia sicut ꝓpter peccata nostra est iratus: ita & per pœnitẽtiam placabitur. Misert9 est super maliciam: quã locutus fuerat: idest pœnam quam fuerat illis interminat9. quæ quia fuit comminatoria: illis mutatis & pœna est mutata.

¶ Feria. iij. sequenti.

COngregati sũt Babylonij. Ex Daniele ꝓpheta. ca. xiiij. in quo posteaq̃ narrauit quomodo Danielis industria idolum belis euersum est: nũc ostẽdit quemadmodum Babylonij petierunt a rege: vt Daniel dederetur morti: & quo pacto liberatus est ex lacu leonum: pastus in pœnuria alimentoꝝ. Aduersus regem: quia fecerunt in vrbe seditionem. In lacum leonũ: idest caueam vbi adseruabantur & cu

Feria. ij. Lectio Ionæ prophetæ. Cap. iij.

IN diebus illis. Factũ est verbũ dñi ad Ionam ꝓphetã secũdo: dicẽs. Surge & vade ad Niniuẽ ciuitatẽ magnã; & predica in ea predicationẽ: quã ego loquor ad te. & surrexit Ionas & abijt in Niniuẽ: iuxta verbum domini. & Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium: & cœpit Ionas introire in ciuitatẽ itinere diei vnius. & clamauit; & dixit. Adhuc quadraginta dies: & Niniue subuertetur. & crediderũt viri Niniuitæ in dño & predicauerũt ieiuniũ: & vestiti sunt saccis: a maiore vsq; ad minorẽ. & peruenit verbũ ad regem Niniue: & surrexit de solio suo: & abiecit vestimẽtum suum a se: & indutus est sacco. Et sedit in cinere: & clamauit; & dixit; in Niniue ex ore regis & principum eius. dicens Homines & iumẽta & boues & pecora non gustent quicquã: nec pascãtur; & aquã non bibãt. & operiãtur saccis: homines; & iumẽta clamẽt ad dñm in fortitudine. & conuertatur vir a via sua mala: & ab iniquitate: quæ est manib9 eorum. Quis scit si cõuertatur: & ignoscat deus: & reuertatur a furore iræ suæ; & nõ peribimus: Et vidit deus opera eorum; quia conuersi sunt a via sua mala & misertus est super maliciã quã locutus fuerat vt faceret eis: & nõ fecit Dñs de9 noster.

Fer. iij. Lectio Danielis ꝓphetæ. Ca. xiiij.

IN diebus illis. Cõgregati sunt Babylonij ad regem: & dixerũt ei. Trade nobis Danielem qui bel destruxit & dracone interfecit, alioqui interficiemus te & domũ tuam. Vidit ergo rex q̃ irruerẽt in eum vehementer & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in locum leonũ & erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leo

nes septem:& dabantur eis cotidie duo cor/ pora:& duæ oues. & tunc non data sunt eis vt deuorarent Danielem.erat autẽ Abacuc propheta in iudęa; & ipse coxerat pulmentum;& intriuerat panes in alueolo;& ibat in campũ;vt ferret messorib9. Dixit angel9 dñi ad Abacuc.Fer prãdiũ qđ habes in Babylonẽ Danieli:q̃ est in lacu leonũ. & dixit Abacuc.Dñe babylonẽ nõ vidi:& locũ nescio;& apprehẽdit eũ angel9 dñi i verticẽ ei9;& portauit eũ capillo capitis sui:posuitq; illũ in Babylone sup lacũ in impetu spũs sui:& clamauit Abacuc:dicẽs Daniel serue dei:tolle prãdiũ;qđ misit tibi de9;& ait.Daniel. Recordatus em̃ mei es dñe de9 meus; & nõ dereliq̃sti diligẽtes te.Surgẽsq; daniel comedit. Porro angel9 dñi restituit Abacuc cõfestim in loco suo. Venit ergo rex die septima vt lugeret. Danielẽ;& venit ad lacum & introspexit:& ecce Daniel sedẽs in medio leonũ. & exclamauit rex voce magna.dicẽs.Magn9 es dñe de9 Daniel' & extraxit eũ de lacu leonũ.Illos aũt qui pditiõis ei9 causa fuerãt;intromisit in lacum:& deuorati sunt in momẽto corã eo. Tũc rex ait.Paueãt habitãtes in vniuersa terra deũ Danielis. q̃a ipse est liberator & saluator:faciẽs signa & mirabilia in cœlo & in terra.qui liberauit Danielẽ de lacu leonũ.

Fer.iiij.Lectio libri Leuitici. Cap.xix.

IN dieb9 illis.Locut9 est dñs ad Mosem:dicẽs.Loq̃re ad oẽm cœtũ filiorꝝ isrl':& dices ad eos.ego dñs de9 vr̃.Nõ facietis furtũ: non mẽtiemini:nec decipiet vnusq̃sq; pximũ suũ Nõ piurabis i noĩe meo.neq; pollues nomẽ dñi dei tui.ego dñs. Non facies calũniã pxĩo tuo:nec vi oppmes eũ. Nõ in orabit op9 mercenarij tui apđ te mane.Nõ maledices surdo

stodiebãtur leones.Duo corpora hominum.quia subdit & duę oues. Erat Abacuc. quomodo in fame pastus est Daniel & ex leonib9 liberat9 Abacuc.vn9 ex duodecim pphetis minorib9.Pulmẽtum.carnes sine ossibus Intriuerat panes.i.ex intrita formauerat.Est aũt intrita massa iformis cuiuscunq; rei. In alueolo. alue9 est vas siue receptaculum rei fluxę.messoribus.quos in messes secandas conduxerat.In vertice eius.pro ex capitis vertice. Capillo.quia capillum capitis apprehendit & sic eũ portauit sublimen. Impetu spũs: idest virtute sua spirituali. In loco suo. vnde illum rapuerat. Vt lugeret. quia putabat illum extinctũ.

Feria.iiij. sequenti.

LOcutus est dominus. Ex Leui. capi. xix.vbi inter alia legis pręcepta:quę sequuntur commemorat: quæ pertinent ad proximum Non periurabis.in damnum pximi:quod etiam religionẽ lędit. Pollues. idest pfanabis. Calũniã. falsam accusationem intentans. Vi.violẽtis quibusdã modis. Opus mercenarij: idest merces pro ope illius quẽ cõduxisti. Surdo.atq; pinde absenti. Offendiculum. idest obijcem in quem offendens cespitet. Personam pauperis.quia in distributiua iusticia debet cõ

considerari: nō autem in commutatiua. Criminator. idest delator criminum occultorum. Susurro.i.murmurator. Contra sanguinem.s.innocētis. Non oderis. cum rācore. Publice. secundum euāgeliū Matthęi. xviij. Si peccauerit in te frater tuus &c. Vltionem.amore vindictę. Sicut teipm. quia hoc amicitię lex exigit. Est nihilominus in amore ordo quidam vt nos magis amemus quā alios.

Feria.v.sequenti.

ORauit Daniel: dicens.ex Daniele ppheta.cap.iij. quæ oratio non Danieli: sed Azarię in ignis fornace posito tribuit. Dilectū tuum: quem dilexisti & trāstulisti in palestinam ex Hur caldęorum. Pollicens. hæc repromissio Abraam primo: deinde posteris facta est a deo. Imminuti sum9. exules: dispsi: &ab oīb9 alijs hoīb9 contēpti. Nō est princeps. quia Sedechias captiuus erat. Neq̧ ppheta qui nobis denūciet quomodo sis placādus. neq̧ holocaustum.i.sacrificia quia non habemus sacerdotes in captiuitate positi. In anima contrita. sic Dauid.psal.l.cor contritum & humiliatum. Sacrificium nostrum: scilicet.s. cordis contriti. Ne confundas nos. qui non impetrat quod petit: relinquitur quasi cōfusus. In mirabilib9 tuis. faciē

nec coram cæco pones offendiculum; sed timebis dn̄m deum tuum: quia ego sum dominus. Non facies q̄ iniquū est; nec iniuste iudicabis. Nec consideres personam pauperis; nec honores vultum potētis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator; nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dn̄s. Non oderis fratrem tuum in corde tuo; sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memoreris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus vester.

Feria.v. Lectio Danielis pphetæ. Ca.iij.

IN diebus illis orauit Daniel dicens. Domine deus ne despicias populum tuum neq̧ auferas mīam tuam a nobis: ppter Abraam dilectum tuum; & Isaac seruū tuū; & israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicēs q̄ multiplicares semē eorum sicut stellas cœli: & sicut arenam quæ est in littore maris; quia domine imminuti sumus plusq̧ omnes gētes; sumusq̧ humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & propheta: & dux neq̧ holocaustum: neq̧ sacrificiū: neq̧ oblatio: neq̧ incensum; neq̧ locus primitiarum coram te vt possimus inuenire mīam tuam; sed in animo contrito: & spiritu hūilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum: & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi: quia non est cōfusio cōfidentibus in te. & nunc sequimur te in toto corde: & timemus te; & quærim9 faciē tuam. Non confundas nos: sed fac nobiscum iuxta man

do in nostra liberatione mirabilia: sicut ante hac fecisti. Da gloriam. facien do hæc miracula. In oipotentia. in qua. s. confidunt. Et sciāt. i. experiātur.

¶ Feria sexta sequenti.

DIxit Ieremias. Domine oēs qui te derelinquūt. Ex Ieremia. cap̄. xvij. Hæc lectio cōtinuatur superiori: quæ legebatur feria quinta secundę dominicæ in quadragesima. Qui te dereliquunt. seruiendo dn̄s alienis. In terra: idest in inferiorib⁹ terræ: hoc est apud inferos. Venam aquarum. salietium in vitam æternā. Ioānis. iiij. Sana me dn̄e. Ieremię præcatio est. Et sanabor a morbo quē tu solus potes sanare. Ipsi. quibus verba tua denunciaui. Verbum dn̄i: idest pœna quam nobis minabaris. Veniat. s. verbum illud: quasi dicat: non veniet. Non sum turbatus. ꝑpter verba eorum. Sequens te. i. mandata tua exequēs. Diem hoīs. i. vitam deliciosam quā plærique homines sequūtur. Quod egressum est. malos coarguendo. In conspectu tuo. quia tu illud mihi iussisti. Non sis formidini. i. pœna quā alijs es minatus nō veniat super me. Confundētur ꝓ cōfundātur. Duplici cōtritione. hoc est mortis & captiuitatis. Contere eos. i. cōteres vt supra. i. non optatiue aut imperatiue: sed enunciatiue.

¶ Sabbato sequenti.

DIxerunt impij. Ex Ieremia propheta cap̄. xviij. paucis verbis immutatis. Nam pro eo quod hic legitur: dixerunt impij iudæi ad inuicem: in originali legitur. Et dixerūt venite &

suetudinem tuam & secūdum multitudinē misericordiæ tuæ: & erue nos in mirabilib⁹ tuis: & da gloriā nomini tuo domine: & cōfundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in omni potentia: & robur eorum conteratur. & sciāt quia tu es dominus deus solus. & gloriosus super orbem terrarum Domine deus noster.

Feria sexta. Lectio Ieremiæ prophetæ. Cap̄. xvij.

IN diebus illis. Dixit Ieremias. Domine omnes qui te derelinquunt confundentᷣ. Recedentes a te in terra scribentur: quoniā dereliquerunt venam aquarum viuētium dominum. Sana me domine. & sanabor: saluum me fac & salu⁹ ero: qm̄ laus mea tu es ecce ipsi dicunt ad me: vbi est verbum dn̄i: veniat: & ego non sum turbatus: te pastorē sequens: & diem hominis non desideraui: tu scis. Quod egressum est de labijs meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini: spes mea tu in die afflictionis. Cōfundantur qui me persequerunt: & non cōfundar ego. Paueant illi: & nō paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: & duplici contritione cōtere eos. Dn̄e deus noster.

Sabbato. Lectio Ieremiæ prophetæ. Cap̄. xviij.

IN diebus illis. Dixerunt impij iudęi ad inuicem. Venite cogitemus contra iustū cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote: neq; consilium a sapiente: neq; sermo a

cogitem⁹ cōtra Ieremiā cogitationes: & est obstinatio iudæorum in christum par illi quam habuerūt in Ieremiam. Cogitationes.i. vias quib⁹ illū occidamus tanq̄ prophetam falsa nobis denunciātem. Lex a sacerdote. q̄a nihilominus docebit eam. Consilium a sapiente.i. a septuaginta seniorib⁹ quos Moses instituit. Sermo a propheta. qui futura nobis denunciet. Percutiam⁹ lingua. testimonia falsa intēdētes. Attēde dn̄e. deprecatio est Ieremię. Audi. ad puniēdū eos. Pro bono malū. quasi dicat: certe reddit̄ mihi ab his. Foueā aīæ meę.i. pniciē vitę meę. In cōspectu tuo.i. q̄d tibi sim obsecut⁹ faciēdo q̄ illis erāt vtilitati. Clamor de domibus. s. fame & gladio percuntiū. Latronē. qui eos distrahat atq̄ disturbet: & in captiuitatem ducat. Propitieris. relinquēdo impunitā iniquitatē illoꝝ. In tēpore furoris.i. vindictę tuæ.

propheta. Venite percutiam⁹ eum lingua: & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attēde dn̄e ad me & audi vocē aduersarioꝝ meoꝝ. Nūquid reddit̄ ꝓ bono malū; q̄a foderūt foueā animæ meæ? Recordare q̄ steterim in cōspectu tuo; vt loquerer ꝓ eis bonū; & auerterē indignationē tuā ab eis. Propterea da filios eorū in famē; & deduc eos in manus gladij. Fiāt vxores eorū viduæ absq̄ liberis: & vir earū interficiātur morte. Iuuenes eoꝝ confodātur gladio in ꝓlio. audiat̄ clamor de domib⁹ eoꝝ. Adduces eīn super eos latronē repēte: quia foderunt foueā: vt caperēt me; & laqueos abscōderunt pedib⁹ meis. Tu aūt dn̄e scis oīe cōsiliū eoꝝ aduersum me in mortē. Ne ꝓpitieris iniquitati eoꝝ: & peccatū eorum a facie tua non deleat̄. Fiāt corruētes in cōspectu tuo in tēpore furoris tui Dn̄e deus noster.

¶ Dn̄ica ī ramispalmaꝝ. FRatres. Hoc sentite in vobis. Ex ep̄la ad Philip. cap̄. ij. Philippēses exēplo xp̄i Paulus ad hūilitatē hortat̄. Hoc sentite in vobis. s. q̄d xp̄s sensit in se. In forma dei. i. ꝑ essentiā de⁹. Nō rapinā. q̄si rē alienā sibi vsurpās. Exinaniuit se.i. abiecit se. Formā serui.i. hoīs dei seruitio geniti. In sim̄itudinē. q̄a & si ver⁹ hō: non tn̄ in originali pc̄co genitus. Habitu.i. figura: vti grǽco habet̄. Vsq̄ ad mortē. & nō quācūq̄ mortē: sed mortem crucis. scilicet ignominiosam. Propt̄ quod. idest propter quā humilitatē. Exaltauit illum. in resurrectione & ascensione. Super omne nomen.

Dn̄ica in ramispalmarū. Beati Pauli ad Philippenses. Cap̄. ij.

FRatres. Hoc eīn sentite in vobis: q̄d & in christo Iesu. Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se æqualē deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens: in similitudinē hominū factus; & habitu inuentus vt hō. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq̄ ad mortē; mortē autē crucis. Propter quod & deus exaltauit illū: & donauit illi nomē: quod est suꝑ omne nomē: vt in noīe Iesu oē genu flectat̄; cœlestiū terrestriū & infernoꝝ. Et oīs lingua cōfiteat̄; q̄a dn̄s iesus xp̄s in gl̄ia est dei patris.

idest quod sit christus deus & homo. Cœlestium. tres mundi partes com-plectitur, cœlum: terras, inferos. ¶ Feria secunda sequēti.

Dixit Esaias. Dominus deus aperuit. Ex Esaia. cap. l. quod sine cōtrouersia de christi passione intelligendū est: in cuius persona dicit propheta. Aperuit mihi aurē insinuādo futuram passionem. Non contradico. Dixi em̄ fiat voluntas tua. Retrorsum nō abij. sed me quęrētib9 obtuli. Corp9 & genas. hoc & euāgelistę testant̄ sicut & quæ sequuntur. Nō sum cōfus9. i. passus a patre repulsam. Vt petrā. ad perpetiēdū durissima quęq;. Qui iustificat me. s. pater qui est iustus: qm̄ vtriusq; eadem natā. Qui condēnet me. scilicet iuste. alio qui iniuste condēnatus est. Cōteretur. i. luēt pœnas sceleris in me cōmissi. Serui sui. i. christi hominis. q (vt ait Paulus) formam serui accepit. In tn̄bris. scilicet ignorantiæ. Non est lumē ei (quasi dicat) nullus. Speret in nomine domini. s. omnis fidelis. Et innitat̄. quia in illo est omne fundamentū & stabilitas.

Fr̄a. ij. Lc̄tō Esaiæ ꝓphetæ. Cap̄. l.

IN dieb9 illis. Dixit Esaias. Dn̄s deus aperuit mihi aurē: ego aūt nō cōtradico: retrorsum nō abij. Corpus meū dedi ꝑcutiētib9: & genas meas vellentib9. Faciē meam non auerti ab increpātibus & cōspuētib9 in me: dn̄s de9 auxiliator me9; & ideo nō sum cōfusus. Ideo posui faciē meā vt petrā durissimā: & scio qm̄ non cōfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis cōtradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersari9 meus? Accēdat ad me. Ecce dn̄s deus auxiliator me9. Quis est qui condēnet me? Ecce oēs quasi vestimentū conterent̄: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deū: audiēs vocem serui sui? Quis ābulabit in tenebris: & nō est lumen ei? Speret in nomine dn̄i: & innitatur super dominum deum suum.

Fr̄a. iij. Lc̄tō Ieremiæ ꝓphetæ. Cap̄. xi.

IN dieb9 illis. Dixit Ieremias. Dn̄e demōstrasti mihi; & ego cognoui: tu ostendisti mihi studia eorū; & ego quasi agnus māsuetus qui portat̄ ad victimā: & non cognoui: q̄a cogitauerūt sup̄ me cōsilia: dicētes. Mittamus lignū in panē eius: & erradam9 eū de terra viuentiū. Et nomē ei9 nō memoret̄ amplius. Tu aūt dn̄e deus sabaoth qui iudicas iuste: & probas renes & corda: videam vltionē tuā ex eis. Tibi enim reuelaui causam meā Domine deus meus.

Feria. iij. sequēti.

Dixit Ieremias. Dn̄e demōstrasti mihi. Ex Ieremia cap̄. xi. qd̄ totum ad xp̄i passionē ꝑtinet. Et sunt verba xp̄i sub ꝑsona prophetę. Studia eoꝝ. q̄ oīa mihi reuelasti futura. Lignū. subaudi venenatū puta taxū: aut rhododaphnen. Tu aūt dn̄e. subaudi attēde orōni meæ. Vltionē tuā q̄ illoꝝ scelera vlciscaris. & hoc non zelo vindictę: sed amore iusticię. ¶ Fr̄a. iiij. seq̄nti.

Feria quarta. Esaiæ prophetę.
Capite. lxij. & lxiij.

Dicite filię sion. Ex Esaia. cap. lxij. & lxiij. Qui loci de christo exponuntur partim de eius aduentu: partim de eiusdem passione. Dicite filię sion. i. ecclię, hoc est fidelium congregationi. Venite pro ventu rus est. Merces cũ eo. cuiqꝫ secũdum opera sua. Vocabunt eos. s. angeli. Populus sanctus vocatiuus est. Tu autem. s. o eccl'ia. Ciuitas quęsita. quã de9 quęsiuit. Et non derelicta. in potestate dęmonũ. Quis est iste. verba sunt angelorum admirantiũ xp̃i ascẽsionẽ. De edon. idest idumęa vbi regnauit Esau: qui cognominat9 est edom, hoc est ruber. De bosra. ciuitate Arabię. vbi vestes purpura inficiebãtur. In stola sua. i. veste insigni castitatis. hoc est in humanitate. Ego. christus respõdet. Propugnator. i. defensor eorum qui me sequuntur. Quare. verba sunt iterum angelorum: quibus subditur christi respõsum. Torcular calcaui. idest vuas torcularis per quas intelligim9 passionis tormenta. Nõ fuit vir mecum. quia est ab omnibus derelictus. Calcaui eos. hæc verba ad tẽpus aliud ptinẽt: puta ad antichristum. Dies vltionis. cui9 meminisse necesse ẽ. Retributiõis. in iudicio vniuersali. Circũspexi. hoc ẽt ad supiora ptinet. De ãtichristo quidam hæc omnia intelligunt. sed in prophetis sẽper ordo permutatur earum rerum: quas futuras aut factas pdicarũt.

HAec dicit dñs deus. Dicite filiæ sion. Ecce saluator tuus vinit; Ecce merces eius cum eo; & opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus; redẽpti a dño: Tu autẽ vocaberis quęsita ciuitas; & nõ derelicta. Quis est iste qui venit de edon tinctis vestib9 de bosra; Iste formosus in stola sua; gradiẽs in multitudine fortitudinis suę? Ego qui loquor iusticiam; & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrũ est indumentũ tuum; & vestimẽta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui sol9; & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo; & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorũ super vestimenta mea; & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo; annus retributionis meę venit. Circũspexi; & nõ erat auxiliator; q̃siui & nõ fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachiũ meũ; & indignatio mea; ipsa auxiliata est mihi. Et cõculcauit populos in furore meo; & inebriaui eos in indignatione mea; & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor, laudẽ domini super omnib9 quæ reddidit nobis Domin9 deus noster.

Dixit Esaias. Dñe quis credidit auditui nostro. Ex Esa. cap. liij. quod totum de christi passione exponitur. Quis credidit. p

Lectio Esaiæ prophetę. Cap. liij.

IN dieb9 illis. Dixit Esaias. Domine quis credidit auditui nostro; & brachium dñi cui reuelatũ est? Et ascendit sicut virgultum coram eo; & sicut radix de terra sitienti. Et non est species ei neqꝫ decor. Et vidim9

credet quod est frequens apud ꝓphetas. Auditui nostro. pro sermone quē a spiritu sancto audiuimus. Brachium dñi. i. filius per quem pater operat̄. quasi dicat: paucis. Et ascendet. i. nascetur. Coram eo. scilicet patre. Quasi virgultū. idest frutex. De terra sitienti. idest de virgine impolluta. Species. cum illuderetur a iudæis. Et desiderauimus. hoc fecerunt patriarchæ & prophetæ. Quasi absconditus. præ pudore. Nec reputauimus. scilicet saluatorem: sed erat reuera. Quasi leprosum. cum non esset. Pacis nr̄æ. reconciliationis cum deo. Cuius liuore. idest sanguine decolori. Iniquitatem omnium. vt vnus pro omnibus satisfaceret. Oblatus est. idest ad passionem venit. De angustia. scilicet mortis ꝑ resurrectionem. Et de iudicio. quo omnes descendebant id inferos. Generationem eius. scilicet diuinā. Quia. si legeretur quare: sensus esset manifestus. nam dixit ineffabilem eius generationē: sed ait mortuus? respondit propter scelus. &c̄. Percussi eum. idest percuti permisi. Et dabit impios. mortis autores: quod factum est Hierosolymis a Tito euersis. Si posuerit animam. sed ponet. igitur videbit. Semen longęuum. idest christianismum longe lateq; patentem: & vsq; in sæculi finem permanētem. Voluntas domini per illū fiet.

eum: & nō erat aspectus: & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum: virum dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectus. vnde neq; reputauimus eum. Vere lāguores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum; & percussum a deo; & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrę super eum: & liuore eius sanati sum⁹. Omnes nos quasi oues errauimus; vnusquisq; in viam suā declinauit: & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrū. Oblatus est quia ipse voluit; & nō aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet: & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublat⁹ est. Generationem illi⁹ quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eū. Et dabit impios pro sepultura; & diuites pro morte sua: eo ꝙ iniquitatem non fecerit: nec dolus fuerit in ore eius: & dñs voluit cōterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam: videbit semen longęuum; & voluntas domini in manu eius dirigetur. pro eo quod tradidit in mortem animam suam: & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit: & pro transgressoribus rogauit vt nō perirent. Dicit dñs cp̄s.

¶Feria quinta in cœna domini.

FRatres cõueniẽtibus vobis. Ex.i.Pauli epl'a ad Corinthios. cap. xi. Corinthios paul9 instituit circa corprois christi cõmuniõis vsum. Cõueniẽtibus in vnũ.ad sacramẽti eucharistię participationẽ. Non est.i.non cõtingit vobis. Dñicam cœnã.qa ordinẽ perturbatis.Pręsumit. idest ante sumit.s.quã veniat ad cõmunionẽ.Ebrius est.ex vino qđ p̃sumpsit.Domos nõ habetis. in gręco nõ particula:nõ habet.quasi dicat:non licet vobis facere ante cõmunionem. Contẽnitis. nõ veniẽtes cũ aliis. Confunditis.in eo℞ cõfusionem hoc faciẽtes.Laudo vos. subaudi i aliis. A domino. qui mihi hoc reuelauit. Tradebat.a iuda ꝓditore. Fregit.post verba cõsecrationis.Similit̃ calicẽ.i. vinum in calice. Nouũ testamẽtũ.quemadmodũ vetus in sanguine agni:ita & nouũ i sanguine christi. Annunciabitis. ipsam recolẽdo & memorando. Donec veniat.in fine sęculi ad iudicandũ. Ostẽsa deinde tanti sacramẽti institutiõe: demõstrat qualiter sit sumendũ. Indigne.i. nõ obseruatis: quæ sunt obseruãda. Reus erit.accusandus veniet. Probet se.i. conscientiam suam examinet. Non diiudicans. idest discernens hunc cibum spiritalem. Ideo. idest ex hac causa quod indigne accipiunt.Dormiunt.obeunt. Iudicaremur.scilicet a deo per talem modũ.Dum iudicamur. idest a domino sic castigamur. Dãnemur. scilicet ęternaliter.

¶ Feria sexta sequenti.

Fria.v.in cœna dñi. Ad Chorin.i. Cap.xi.

FRrates. Conueniẽtib9 ergo vobis in vnũ;iã nõ est dñicam cœnã mãducare. Vnusquisq; em̃ suã cœnã p̃sumit ad mãducandũ. Et alius quidem esurit; alius autẽ ebri9 est.Nũquid domos nõ habetis ad mãducandũ & bibendũ? Aut ecclesiã dei cõtẽnitis:& cõfunditis eos qui nõ habẽt? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc nõ laudo. Ego enim accepi a dño:qđ & tradidi vobis: qm̃ dñs iesus in qua nocte tradebat̃; accepit panẽ:& gr̃as agẽs fregit; & dixit. Accipite: & mãducate.Hoc est corpus meũ: quod ꝓ vobis tradetur.hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicẽ: postq̃ cœnauit: dicẽs.Hic calix nouũ testamentũ est in meo sanguine. Hoc facite: quotiẽscũq; biberitis: in meã cõmemorationẽ. Quotienscũq; em̃ mãdubabitis panẽ hunc:& calicem bibetis: mortẽ dñi annũciabitis donec veniat. Itaq; quicũq; mãducauerit panẽ hũc: & biberit calicẽ dñi indigne;reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet aũt seipsum hõ: & sic de pane illo edat; & de calice bibat. Qui enim mãducat & bibit indigne:iudiciũ sibi mãducat/& bibit;nõ diiudicãs corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles:& dormiũt multi.Qđ si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autẽ; a dño corripimur; vt non cũ hoc mũdo damnemur.

Feria.vi.i parasceue.Lectio Osee. Cap.vi.

IN tribulatione sua. Ex Oseæ propheta. cap. vi. in quo propheta demonstrat miseratione diuinam & imprimis quibus hęc misericordia cōceditur Dicit igitur in tribulatione sua. idest peccatorū pœnitentia. Mane quod fuit sub Ioanne baptista qui pcessit christum: vt lucifer solem. Venite. verba sunt properantium ad baptisma Ioannis. Cepit. in captiuitatem duxit. Percussit. idem dixit sed alijs verbis. Post duos dies. quib9 fuit xp̄s in sepulchro. Suscitabit nos. qa illius resurrectio fuit causa nostræ: vt ait Paul9. Quasi diluculū. quia est lux vera & sol iusticię. Imber tēporane9. idest opportunus ad terræ fertilitatē. Serotinus. ideoq; magis desiderat9. Quid faciam. dicit quib9 misericordia denegatur. Ephraim & iuda. duas tribus alloquitur. Nubes matutina. q̄ dissoluitur & dissipat a sole sine vtilitate. Dolaui in prophetis. i. per prophetas vos correxi. Et occidi eos. i. a vobis occidi permisi: cū prędicarēt v̄ba mea. Et iudicia tua. per quę punieris. Quasi lux. quia manifesta erūt. Misericordiā volui. subaudi a te. Et sciētiā dei. i. cognitionē. vos aūt non cognouistis aut cognoscere voluistis.

HAec dicit dn̄s. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite & reuertamur ad dn̄m: quia ipse cepit & sanabit nos: percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: & in die tertio suscitabit nos: & viuemus in cōspectu eius: & sciem9: sequemurq; vt cognoscamus dn̄m. Quasi diluculum præparatus est egressus eius: & venit quasi imber nobis tēporaneus & serotin9 terræ. Quid faciam tibi ephraim? quid faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina; & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in pphetis: & occidi eos in v̄bis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredient. Quia mīam volui: & nō sacrificiū; & scientiā dei plusq; holocaustum.

Exodi. Cap̄. xij.

IN diebus illis. Dixit dn̄s ad Moysem & Aaron in terra ęgypti. Mensis iste vobis est principiū mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum israel: & dicite eis. Decima die mensis huius: tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autem minor ē numer9 vt sufficere possit ad vescēdū agnū: assumat vicinum suum qui coniunctus est domui suæ; iuxta numerum animarū q̄ sufficere possint ad esum agni. Erit aūt agn9 absq; macula: mascul9 anniculi9. Iuxta quē ritū tolletis & hędū: & seruabitis eum vsq; ad quartā decimā diem mensis huius.

DIxit dn̄s ad Moysen & Aaron. Ex libro Exodi cap̄. xij. In quo agitur de celebratione agni paschalis qui presignabat xp̄i passionē. Mensis iste. i. luna proxima ęquinoctio verno: quę fere contingit in in mense Martio. Prim9 erit. qd̄ iudæi adhuc obseruāt p intercalationes.

Vnusquisq3.scilicet paterfamilias. Tollat agnum. qui poterat esse quoq3 hædus, vt paulopost dicturus. Tolletis & hędum. non quod vtrumq3 deberent sacrificare: sed alterutrũ. Ad vesperam. post occasum solis ei9 diei. Vtrumq3 postem. idest vtrumq3 ostium siue ianuã. Azymos panes. idest sine fermento. Lactucis agrestibus. idest amaritudinibus: vt est in hebręo. Coctũ aqua. idest elixũ. Accingetis. quasi expediti ad fugam: hoc est pręcincti & cum baculis: quod est viatorũ. Est enim phase. quod sequitur transitus domini ab interprete adiectum est. Et nota q3 hic phase non ponitur proprie: sed per allusionẽ ad transitum angeli percutiẽtis primo genita ęgyptiorum.

¶ Sabbato sequenti.

IN principio creauit deus. Ex Gene. libro cap. i. In quo agitur de creatione mũdi: quod pertinet ad primum articulum fidei: in qua potissimum instituebãtur eo die cathecumini: cum prętertim illis temporibus esset manicheorum secta frequens. qui dicebant hæc visibilia: non a deo: sed a dæmone fuisse creata: & quia lectio qđ ad cõtextum attinet est plana: nõ tangã nisi qnosdam locos ambiguos. Inanis & vacua: idest nõ ornata: vt nunc est. Ferebatur super aquas. in hebręo volitabat: ĩ chaldęo insuflabat. Hieronym9 in hebraicis quęstionibus incubabat aquis: siue fouebat aquas. Fiat lux. in hebræo sit lux. Dies vnus. idẽq3 primus omniũ dierum. Aquas. ab aquis. idest cœlũ cry-

Immolabitq3 eũ vniuersa multitudo filiorum israel ad vesperam: & sument de sanguine eius; ac ponent super vtrunq3 postẽ: & in superliminaribus domorum: in quib9 comedent illum Et edent carnes nocte illa assas igni: & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid; nec coctũ aqua: sed assum tantũ igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis: nec remanebit quicq̃3 ex eo vsq3 mane. Si quid residuum fuerit: igne comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: & calciamenta in pedibus; tenentes baculos in manibus: & comedetis festinãter. Est enim phase. idest trãsitus dñi.

Sabbato sancto paschæ. Genesis. Cap. i.

IN principio creauit de9 cœlum & terrã. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebrę erant super faciem abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq3 de9. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ q3 esset bona: & diuisit lucem a tenebris. Appellauitq3 lucem diem: & tenebras noctem. Factumq3 est vespere: & mane dies vnus. Dixit quoq3 deus. Fiat firmamemtũ in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentũ. Diuisitq3 aquas quę erant sub firmamento ab his quæ erant super firmamẽtum. Et factum est vespere: & mane dies secundus. Dixit vero deus. Congregentur aquę quæ sub cœlo sunt in locũ vnum; & appareat arida. Factumq3 est ita.

Et vocauit deus aridam: terrã: congregationesq; aquarũ appellauit maria. Et vidit de⁹ q̃ esset bonum; & ait. Germinet terra herbam virentem: & facientem semẽ: & lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus suum; cuius semen in semetipso sit super terram. Et factũ est ita. Et ꝓtulit terra herbam virẽtem: & afferentẽ semen iuxta genus suum: lignumq; faciens fructum: & habens vnũquodq; sementẽ sc̃dm speciẽ suam. Et vidit deus q̃ esset bonum: factũq; est vespere: & mane dies tertius. Dixit aũt deus. Fiãt luminaria in firmamento cœli: & diuidãt diẽ ac noctẽ; & sint in signa. & tempora; & dies: & annos: vt luceant in firmamento cœli: & illuminent terrã. Et factum est ita. Fecitq; de⁹ duo magna luminaria: luminare maius: vt pręesset diei: & luminare minus; vt pręesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamẽto cœli: vt lucerent super terrã: & præessent diei ac nocti: & diuiderent lucem a tenebris. Et vidit deus q̃ esset bonum. Factũq; est vespere: & mane dies quart⁹. Dixit etiam deus. Producant aquæ reptile animę viuẽtis: & volatile super terram sub firmamento cœli. Creauitq; deus cete grandia: & omnem animam viuentem atq; motabilem quam produxerant aquæ in species suas: & omne volatile secundum genus suum. Et vidit de⁹ q̃ esset bonum. benedixitq; eis: decẽs. Crescite & multiplicamini: & replete aquas maris: auesq; multiplicent super terram. Et factum est vespere: & mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animam viuentem in genere suo iumenta & reptilia: & bestias terræ secundum species suas. Factumq; est ita. Et fecit deus bestias terræ: iuxta species suas: & iumenta: vt omne reptile terrę in genere suo. Et vidit deus q̃ esset bonum: & ait. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris; & volatilibus cœli; & bestijs vniuersę terrræ: omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: ad imaginẽ dei creauit illũ: masculũ & fœminã creauit eos. Benedixitq; illis deus; & ait, Crescite & multiplicamini; & replete terram: & subijci

stallinum ab inferiorib⁹ elementis: vnde in cantico. aquæ omnes que super cœlos sunt. Cuius semẽ. sicut nuclei in pomis & grana in siliqs: & spicis: vnde possint resemi-nari. Eas in firmamento. idest in octaua sphera.
Reptile. idest aquatilia: quę potius reptant quã gradiãtur. Cetę grãdia. puta balenas: orcas physeteras. Omne volatile. etiam aues ex aqua produxit. Masculũ & feminam. Hinc forte Plato in symposio accepit quod homo in vtroq; sexu est creatus primum: deinde sectus in vtrũq; sexum. & adhuc secabilis: quoniã oĩa membra habet duplicia.

te eam: & dominamini piscibus maris & volatilibus coeli: & vniuersis animantibus quae mouentur super terrã. Dixitq; deus. Ecce vobis dedi omnem herbã bam afferentem semen super terram: & vniuersa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui; vt sint vobis in escam: & cunctis animãtibus terrae; omniq; volucri coeli & vniuersis quae mouentur in terra: & in quibus est anima viuens; vt habeãt ad vescendum. Et factũ est ita. Viditq; deus cũcta q̃ fecerat: & erãt valde bona. Et factũ est vespere: & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt coeli & terra: & omnis ornat⁹ eorum. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

Omnis ornatus eorũ. coeli, stelle, sol, & luna. Terrae arborũ & animalium.

Lectio exodi. Cap. xiiij.

IN diebus illis. Factum est in vigilia matutina; & ecce respiciens dominus super castra aegyptiorum per columnã ignis & nubis; interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruũ; ferebanturq; in ꝓfundũ. Dixerunt ergo aegyptij. Fugiamus israelẽ; dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moysen. Extende manũ tuam super mare: & reuertantur aquae ad aegyptios super currus & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum cõtra mare; reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugiẽtibusq; ęgyptijs occurrerunt aquae & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersaeq; sunt aquae: & operuerunt currus: & eq̃tes cũcti exercitus Pharaonis; qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem israel perrexerũt per medium sicci maris; & aquae eis erant quasi pro muro a dextris & a sinistris. Liberauitq; domin⁹ in die illa israel de manu aegyptiorum: & viderũt aegyptios mortuos super littus maris; & ma

FActum est in vigilia. Ex libro Exodi capite. xiiij. In quo postea q; dixit profectionem hebręorum ex ęgypto: & maris rubri diuisionem: & aegyptiorũ insequẽtium ardorem: nũc quid deus fecerit in hostibus perdendis. In vigilia matutina: quia nox in quattuor vigilias diuidebatur. Per colũnã ignis & nubis. in quib⁹ hebraeos praecedebat. Exercitũ. hoc est magnã partem exercitus. Egyptij. qui non erant occisi. Ad aegiptios. i. contra aegyptios. Quod vero quidam dicunt mare diuisum ꝑ duodecim meatus & vnamquamq; tribum suum iter arripuisse: ego nescio vnde hoc acceperint.

APprehēdet septē mulieres. Ex Esaia prophetę.cap. iiij. In quo postea cꝗ propheta prædixit vastationē & mala peruentura: nūc quid inde sequatur ostendit: dicens: quod viris bello interemptis. Septem mulieres. &c. consueuerunt hebræi numerum septenarium pro pluribus ponere. Panem nostrum. idest, nostris manibus acquisitum, & sic de vestibus. Nomē tuū. s. qđ dicamur vxores tuæ. Opprobrium nostrum. sterelitatis (scilicet) aut viduitatis. In die illa. s. tēpore legis gratiæ. Germen dñi. christus dei filius. Fructus terrę. i. virginis xp̄i matris. Qui saluati sunt. i. crediderūt ex iudęis. In sion. i. in ecclesia. In vita. idest in libro vitę: in quo facti cō scripti sunt. Si abluerit. immo qa abluet. sic eīm in plurib9 locis si reperitur. Filiarꝫ siō. i. ecclesię. Iudicij & ardoris. i. iusticiæ & amoris: nā propē hæc duo christus pro nobis passus est. Et creauit dominus. ad bonorum consolationem & protectionē: procreabit. Nubem. scilicet in vmbram quæ protegat ab ęstu. Per diem. quemadmodum filios israel præcedebat per diem in colūna nubis & fumi: & per noctem in flamma ignis ad quæ hoc in loco alludit.

num magnā quā exercuerat dn̄s cōtra eos. Timuit popul9 dominū: & crediderūt dn̄o & Mosi seruo eius. Tunc cecinit Moses & filij israel carmen hoc dn̄o: & dixerunt.

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. iiij.

IN dieb9 illis. Apprehendent septē mulieres virū vnū in die illa: dicētes. Panē nostrū comedemus: & vestimētis nr̄is operiemur: tm̄modo inuocetᷣ nomen tuū sup nos; aufer opprobriū nr̄m. In die illa erit germē domini in magnificētia & gl̄ia: fructus terre sublimis: & exultatio his q saluati fuerint de israel. Et erit oīs q̄ relict9 fuerit in sion residu9 i Ierusalē: sanct9 vocabiᷣ oīs q script9 est in vita in Ierusalē. Si abluerit dn̄s sordē filiarū siō: & sanguinē Ierusalē lauerit de medio eius: in spū iudicij & spū ardoris. Et creabit dn̄s sup oēm locū montis siō: & vbi inuocatus est nubē p diē & fumū & splēdorē ignis flām̄atis in nocte. Sup oēm eīm gloriā protectio & tabernaculū erit ī vmbraculū diei ab ęstu: & in securitatē & absconsionem a turbine & a pluuia.

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. lv.

HAec est hæreditas seruorꝝ dn̄i: & iusticia eorum apud me: dicit dn̄s. Oēs sitientes venite ad aquas: & qui nō habetis argentū properate: emite; & comedite. Venite emite absꝗ argento: & absꝗ vlla commutatiōe vinū & lac. Quare appenditis argentum nō in panib9; & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me: &

HAec est hæreditas. Ex eodē Esaia, capite. liiij. In calce capitis: quod iungitur cū principio capitis. lv. quod iam expositum est supra feria sexta dominicę quartę in quadragesima. Pete illic expositionē cum lectione.

comedite bonum;& delectabitur incrassitudine anima vestra. Incli-
nate aurem vestram & venite ad me; audite & viuet anima vestra.
Et faciā vobiscū pactū sempiternū; misericordias Dauid fideles. Ecce
testē populis dedi eū: ducē ac praeceptorem gentibus. Ecce gentem
quā nesciebas vocabis: & gentes quae nō cognouerunt te ad te cur-
rent propter dominum deum tuum; & sanctum israel: quia glorifi-
cauit te. Quaerite dominum dum inueniri potest; inuocate eum dū
prope est. Derelinquat impius viam suam: & vir iniquus cogitatio-
nes suas: & reuertatur ad dominum & miserebitur eius: & ad deum
nostrum; quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogita-
tiones meae cogitationes vestrae: neqꝫ viae vestrae viae meae: dicit do-
minus. Quia sicut exaltantur coeli a terra; sic exaltatae sunt vię meae
a vijs vestris: & cogitationes meae a cogitationibus vestris. Et quo-
modo descendit imber; & nix de coelo; & illuc vltra non reuertetur:
sed inebriat terram, & infundit eam: & germinare eam facit: & dat
semen serenti: & panem comedenti; sic erit verbum meū quod egre-
dietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū: sed faciet quęcūqꝫ
volui: & prosperabitur in his ad quae misi illud Dicit dn̄s ops.

FRatres. Si consur-
rexistis cū xp̄o. Ex
epl'a Pauli ad Colos
señ. cap̄. iij. in quo postea
ꝙ illos in fidei veritate
instituit: nūc hortat̄ illos
ad bona spiritualia optā
da. Cōsurrexistis. p̱ fidē
& charitatē. Que sursū
sunt. i. coelestia. Vbi. s. in
coelo. Mortui estis. i. xp̄o
in baptismate cōsepulti.
Abscōdita. quia mortui
mūdo: viui aūt deo. Cū
apparuerit in iudicio fi-
nali. Vita vr̄a. i. p̱ quē vi
uitis. Appar̄bitis cū ip̄o
eiusdē gl'ię participes.

Dn̄ica in resurrectione.

FRatres. Expurga-
te vetus fermentū.
Ex epl'a Pauli ad
Chorinthios. i. c. v. quia
in fine p̄cedētis lectionis
dixit apl'us cauendū esse

Ad colossenses. Cap̄. iij.

FRatres. Si cōsurrexistis cum christo:
quae sursum sunt querite: vbi christus
est in dextera dei sedens. Quę sursum sunt
sapite: nō quae super terram. Mortui enim
estis; & vita vestra abscondita est cum chri-
sto in deo. Cum aūt christus apparuerit vi-
ta vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso
in gloria.

Dominica in recurrectione
Ad Corinthios. i. Cap̄. v.

FRatres. Expurgate vetus fermētum:
vt sitis noua consperſio: sicut estis azy
mi. Etenim pascha nostrum immolatus est
christus. Itaqꝫ epulemur. Non in fermento
veteri: neqꝫ in fermento maliciae & nequi-
tię: sed in azymis synceritatis & veritatis.

Feria secunda, Actuum, Cap̄. x.

ab inani glia: qa modicū fermentū totā massam corrūpit: sic parua scintil-la magnū excitat ignē: nūc infert igit fratres expurgate. &c. hoc est nō resideat in vobis aliqs fomes veteris peccati. Noua cōspersio. i. massa siue mixtura. Sicut estis azymi. i. p baptismū a pctō veteri mūdati. & alludit ad panes azymos quib9 in pascha vescebant. Pascha nostrū. qd signabatur per agnū: sicut per azymos panes, puritas nostræ cōsciētię. Igitur ad has epulas apostolus Corīthios hortatur expulsis veteribus peccatis.

IN diebus illis. Stās Petrus in medio plæbis: dixit. Viri fratres vos scitis q factum est verbū p vniuersam iudeā. Incipiēs em a Galilęa post baptismū qd pdicauit ioānes Iesum a nazareth: quomō vnxit eū de9 spiritu sancto & virtute: q pertrāsijt benefaciēdo & sanando oēs oppressos a diabolo: qm deus erat cū illo. Et nos testes sumus omniū quæ fecit in regione iudæorꝝ & Ierusalem: quē occiderunt suspendētes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die & dedit eū manifestum fieri nō omni populo: sed testibus pręordinatis a deo; nobis q māducauim9 & bibimus cū illo: postq resurrexit a mortuis. Et pręcepit nobis pręedicare populo: & testificari qa ipse est q cōstitutus est a deo iudex viuorū & mortuorꝝ. Huic oēs pphetæ testimoniū perhibēt: remissionē peccatorꝝ accipere per nomen eius: oēs qui credunt in eum.

¶ Feria. ij. sequēti.

IN diebus illis. Stans Petrus in medio. Ex Actibus apostolorū. cap. x. in quo Petrus accersitus a Cornelio cēturione & rogatus ab illo & alijs compluribus: vt de christi religione illos doceret: inter cætera hæc dicit. Vos scitis. &c. Verbum. s. prædicationis euangelicę. Incipiens enim. s. verbum. A galilæa vnde incepit pręedicare posteaq baptizatus est christus. nā antea nō pręedicauit. Iesum nazarenū. cōstructio inusitata idiomati latino. Quomō. scilcet spiritu sctō vnxit eū. s. iesū. sic & ps. cuius participatio eius. Pertransijt. s. per omnē iudæam. Testes sumus. quia omnibus interfuimus. non omni populo. quia ea quæ transcendūt naturam de9 reuelat primo superioribus ordinibus: & per illos inferioribus. Nobis. s. testibus. quib9 dixit: & eritis mihi testes in ierusalē & iudæa. Iudex viuorū. quia pr oē iudiciū dedit filio. Ioā. ca. v. Oēs pphetę. i. nō solū nos sum9 testes.

Feria. iij. Actuū aplorꝝ. Cap. xiij.

IN diebus illis. Surgens Paulus & manu silentiū indicēs: ait. Viri fratres filij generis Abraā: & qui in vobis timēt deū, vobis verbū salutis huius missum est. Qui enim habitabāt Ierusalem & principes eius hunc ignorātes, & voces prophetarum quæ per omne sabbatū leguntur: iudicātes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuēientes

¶ Feria. iij. sequenti.

SVrgens Paulus & manu. Ex actib9 apostolorꝝ. cap. xiij. in quo narrat quomō Paul9 aplus venit Antiochiā cognomine pisidię: ad differētiā Antiochię magnę. vbi rogatus a principib9 synogogę: hunc habet ser

monē. Manu. sic eīm fieri cōsueuit. vt Persi9. Fert anim9 calide fecisse silentia rixę maiestate man9. Vobis. s. qui estis ex genere Abraā xp̄o p̄dicante qđ missus est ad oues q̄ perierūt dom9 israel. Verbū salutis. i. xp̄s saluator. Qui habitabāt. i. plebs. Et principes. i. maiores. Ignorātes. qa si dn̄m glorię cognouissent: nunq̄ crucifixissent illū. Voces prophetarū. s. ignorātes. Impleuerūt. s. oīa q̄ sunt de illo scp̄ta. Cū cōsumassent. s. mali ex iudęis. Deponētes. s. boni. Suscitauit eū. i. xp̄m hoīem. Per dies multos. s. p̄ q̄dragin ta. Ad plebē. i. apđ ml'titudinē. Et nos. auctate scripturę p̄bat repromissionē abraę factā i filijs illorū esse cōpletā p̄ christū iesum. ¶ Fra. iiij. sequēti.

APeriens Petr9 os suū. Ex actib9 apostolorū cap. iij. Sed hęc v̄ba q̄ p̄ponūt. s. viri israelitę & q timetis deū audite. aliūde sunpta sūt & cōcinnatore diuini officij adiecta. Verba autē Petri hęc sūt. De9 abraā. &c̄. quib9 v̄bis Petrus vtit̄ ad pp̄l'm stupētē ob miraculū illđ qđ claudū ābulare fecit: dicitq̄ non in v̄tute p̄pria id fecisse: sed in noīe iesu xp̄i illius quē crucifixerāt. Illo iudicāte dimit. i. dimittēdū esse: id eīm Pilat9 cēsebat. Virū hōicidā. i. barrabbā seditiosū illū atq̄ p̄in de homicidā. De9. p̄ oīn̄i potentiā suam suscitauit xp̄m q̄ hō erat. Hūc quē videtis. s. claudū. Nomē ei9. s. xp̄i. Cōfirmauit. i. in pedes suos stabiliuit. Sed nūc quid aliđ restat: nisi vt pœnitētiā agatis. ¶ Firia. v. sequenti.

ANgel9 dn̄i. Ex actib9 Ap̄l'orū. ca. viij. In quo posteaq̄

in eo: petierūt Pilato vt interficerēt eū; Cūq̄ cōsumassent oīa q̄ de eo scripta sunt; deponētes eū de ligno: posuerūt in monumēto. De9 vero suscitauit eū a mortuis tertia die: q vis9 est p̄ dies ml'tos his q simul ascēderāt cū eo de Galilęa in Ierusalē: q vsq̄ nūc sunt testes ei9 ad plebē, & nos vobis annūciam9 eam: q̄ ad patres nr̄os repromissio facta est: q̄m hāc de9 adimpleuit filijs vr̄is resuscitās Iesum christum dominum nostrum.

Feria. iiij. Actuū ap̄l'orū. Cap. iij.

IN dieb9 illis. Aperiēs Petr9 os suū: dixit. Viri israelitę: & q timetis deū audite. De9 abraā; & de9 Isaac: & deus Iacob: de9 patrū nostrorū glorificauit filiū suum iesum: quē vos quidē tradidistis & negastis ante faciē Pilati: iudicāte illo dimitti. Vos aūt sc̄tūm & iustū negastis: & petistis virū homicidā donari vobis. autorē vero vitę interfecistis: quē de9 suscitauit a mortuis: cui9 nos testes sum9. & nūc fratres scio q̄ p̄ ignorātiā fecistis: sicut & principes vr̄i. Deus autē q prenūciauit p̄ os omnium p̄phetarū pati christum suum: impleuit sic. Pœnitemini igitur & cōuertimini: vt deleanť vr̄a pc̄ta.

Feria. v. Actuū ap̄l'orū. Cap. viij.

INdieb9 illis. Angelus dn̄i locutus est ad Philippū: dicēs. Surge & vade cōtra meridianū ad viam; quę descēdit ab Ierusalem in Gazā: hęc est deserta. & surgens abijt: & ecce vir ęthiops eunuch9 potēs Cādacis reginę æthiopū: q erat sup̄ oēs gazas ei9; venerat adorare in Ierusalē. & reuertebať sedēs

posuit pdicationẽ Philippi apostoli in Samaria: nunc describit quomõ eu nuchũ ethiopẽ baptizauit. Angel9 dñi. missus a deo. Contra meridianum. quia Gaza meridionalis est ad Ierosolymã: vnde Philippus pfectur9 erat. Hæc est deserta. i. non Gazã quę illo tẽpore extabat: & erat Palestinę iudeę emporiũ nobile. nã alia fuit Gaza vetus: de qua in Genesi & iudicũ libro: & in pphetis q̃ fuit euersa, de qua hoc in loco. Cãdacis reginę: hui9 meminit Strabo: vbi de æthiopia: dicitq; habuisse filiũ luscũ. Legens Esaiã. ex quo videbatur hic iã didicisse litteras hebraicas: atq; inde cognouisse christum venturum. Ad currum. quo vehitur eunuchus. Tanq; ouis. quod est ĩ Esaia. cap. liiij. q loc9 nimirum de christo intelligitur. Obmutescet: quia malũ pro malo non reddidit. In humilitate. quia p mortẽ abiectissimã peruenit ad hoc: vt daret sibi ius & potestas, quia pater omne iudiciũ dedit filio. Generationẽ eius. aut de generatione illi9 ęterna: qua processit ex patre loqtur: aut qđ multos christicolas creabit. Tolletur de terra. qa nisi granũ frumenti mortuum fuerit: ipsum solũ manet. Ioãnis. xij. De aliquo alio. puta de messia in lege promisso. & tunc Philippus arripiẽs occasionem cepit illum docere. Rapuit Philippũ. ex quo patuit eunucho fuisse missum a deo: ideo subdit quod ibat gaudẽs. in azoto ciuitate Palestinę: s. nõ obtenta a tribu iuda. cui fuerat sorte data. Euangelizabat. s. Iesum christũ: & eius doctrinã. Cæsaream. ciuitatem quoq; Palestinę iudeę in ora maritima quæ prius turris stratonis dicebatur. ¶ Feria. vi. sequẽti-

super currũ suũ legẽsq; Esaiã pphetã: Dixit autẽ spiritus Philippo. Accede & adiũge te ad currũ istũ. Accurrẽs aũt Philippus: audiuit illũ legentẽ Esaiã prophetã: & dixit. Putasne intelligis quæ legis? Qui ait. & quomodo possum intelligere: nisi aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippũ vt ascenderet: & sederet secũ. Locus aũt scripturæ quẽ legebat erat hic. Tanq; ouis ad occisionem ductus est; & sicut agnus coram tondẽte se sine voce; sic nõ aperuit os suũ. In humilitate iudiciũ eius sublatũ est. Generationẽ eius quis enarrabit? Qm̃ tollẽt de terra vita ei9. Rerpondẽs aũt eunuchus Philippo: dixit. Obsecro te: de quo ppheta dicit hoc: de se. aut de alio aliquo; Aperiens aũt Philippus os suũ: & incipiẽs a scriptura ista; euãgelizabat illi iesum. & dum iret per viã: venerunt ad quãdã aquã: & ait eunuch9. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philipp9. Si credis ex toto corde: licet. & respõdẽs dixit. Credo filiũ dei esse Iesum christũ. & iussit stare currũ. & descẽderũt vterq; in aquã Philippus & eunuchus: & baptizauit eum. Cum autem ascẽdissent de aqua: spiritus domini rapuit Philippum: & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viã suam gaudens. Philippus autem inuẽtus est in Azato. & ptransiẽs euangelizabat ciuitatib9 cũctis; donec veniret Cęsareã.

CHristus semel pro peccatis. Ex prima Petri epl'a cap. iij. In quo Petrus fideles instruit dicens: q̄ melius est benefacere q̄ malefacere: posuit exemplū de christo: qui mortuus est ꝑ peccatis non suis, sed nr̄is. Mortificatos carne .i. insensibiles factos ad desyderia carnis. Viuificatos spū. i. intelligentes spiritualia. In quo. prędicatio Noe vocando ad pœnitētiā pct'ores fuit figura prędicatiōis xp̄i: ideo dicit in q̄.i.ad significandū pct'orꝝ mortificationē in carne: & viuificationē in spū. In carcere. ligati cōsuetudine peccādi. Prędicauit. s.ꝑ Noe seruū suū. Expectabāt dei patiētiā. per annos. s. centū viginti. vt scribit Geñ. cap. vi. Cū.i. quo tēpore medio Noe fabricabat arcā. Baptisma ꝑ aquā.s. Est aūt in hoc similitudo quod noe & familia ex diluuio euasit in arca. nos aūt ex peccatis ꝑ baptisma. Depositio carnis sordiū.qa nō tā corp9 q̄ aīam abluit. Interrogatio bonę cōscientię.qa baptizād9 interrogat̄:an credat ī deū. Per resurrectionē. qa & nos similit̄ resurgemus. Deglutiēs mortē.q̄ ātea nos deglutiebat. De qua ꝓpheta. Ero mors tua ó mors: & mors9 tu9 īferne

¶Sabbato sequēti.

DEponētes omnem maliciā. Ex prina Petri epl'a cap.ij. In q̄ postea q̄ apl'us instituit fideles de regeneratiōe spūali . nūc instituit eos de educatiōe cōseq̄nti ipsā regenerationē. & qa vitia sunt pri9 abijciēda: quā virtutes inserant. Deponētes.&c̄.Simulatiōes.q̄s gręci vocāt hypocrisis. Detractiōes. ꝓximis detrahēdo. Sicut mō geniti.s.innocētes & simplices: sed nō ignorātes: sed rōne vtētes. Lac.i.doctrinā fidei facilē. Ad quē.s. xp̄m. Lapidē viuū.in se & effectiue. Reprobatū.de quo psalmista. Lapidē quē reprobauerūt ędificātes. & ipsi.s. vos. Superędificationi domos.i. in domorū similitudinē: siue templorū: in quib9 estis sacerdotes. Scriptura. Esaię cap. xxviij. ex trāslatiōe septuaginta.

Fr̄a.vi.Lc̄ō.btī Petri apl'i. Cap̄.iij.

CHarissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iust9 ꝑ iniustis: vt nos offerret deo; mortificatos quidē carne: viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant: spiritu veniēs p̄dicauit: qui creduli fuerant aliquando: expectabāt dei patiētiā ī dieb9 Noe: cū fabricaret̄ arca: in q̄ pauci.i.octo aīę saluę factæ sūt sup aquā. q̄d & nos nūc similis formæ saluos facit baptisma; nō carnis depositio sordiū: sed cōsciētię bonę īterrogatio in deū. Per resurrectionē iesu xp̄i dn̄i nr̄i qui est in dextera dei patris.

Sabbato. Lc̄ō btī Petri apl'i.i. Cap̄.ij.

CHarissimi. Deponētes oēm maliciā & oēm dolū: & simulationes & inuidias: & oēs detractiones: sicut modo geniti infantes ratiōabile sine dolo lac cōcupiscite: vt in eo crescatis in salutē: si tn̄ gustatis q̄m dulcis est dn̄s. Ad quē accedētes lapidē viuum: ab hoībus quidē reprobatū; a deo aūt electū & honorificatū: & ipsi tan̄q̄ lapides viui sup ędificamini domos spūales ī sacerdotiū sanctum: offerētes spūales hostias acceptabiles deo: per iesum xp̄m. Propter quod cōtinet scriptura. Ecce pono in siō lapidē sūmum angularē, ꝓbatū: electū preciosum; & oīs qui crediderit in eum nō confundetur.

Lapidem summum.i. christū.de quo in psal. Hic fact9 est in caput anguli. Vobis honor. scilicet erit hic lapis. Nō credentibus. scilicet erit lapis offensionis. In quo & positi sunt. idest fundati esse deberēt: nunc autem sunt increduli. Populus acquisitionis. idest quem sibi saguine suo acquisiuit. Non populus. ante conuersionem.

Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis quē reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli. & lapis offensionis; & petra scādali; his q offendunt verbo nec credūt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum regale sacerdotium: gens sancta: & populus acquisitionis; vt virtutes annūcietis eius: qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui aliquādo non populus dei: nunc autem populus dei. Qui non consecuti misericordiā: nunc antem misericordiam consecuti.

Dominica in albis. Ioannis apostoli.i. Cap.v.

CHarissimi. Omne quod natum est ex deo vincit mundum. & hęc est victoria: quæ vincit mundum fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum: nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinē iesus christ9. Non in aqua solū: sed in aqua: & sanguine. & spiritus est qui testificatur: qm̄ christ9 est veritas. Quoniā tres sunt qui testimonium dāt in cœlo. Pater: verbū: & spiritus sanct9. & hi tres vnū sunt. Et tres sunt qui testimonium dāt in terra: spiritus: aqua: & sanguis. & hi tres vnū sunt. Si testimoniū hominū accipim9: testimonium dei maius est. quoniā hoc est stimonium dei: quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimonium dei in se.

¶ Dominica in albis.

OMne quod natum est ex deo. Ex prima Ioannis epl'a cap.v. In quo agit de generatione diuini verbi: & quia dixit om̄e quod natum est. &c. subdit. Hæc est victoria.i. quod facit vincere. s. fides nostra: quā de verbo habemus incarnato. Fili9 dei generatione æterna. Per aquam & sanguinem. nā vtrūq; ex apto latere exiuit: vt significaret aquā baptismatis habere vim omnē ex christi passiōe. Et spiritus. s. sanctus dat huius rei testimoniū: qn̄ missus est: ceciditq; sup discip'os. docuitq; illos omnē veritatē. Qm̄ tres sūt. hęc manifestatio est per apertā beatorū visionem. Vnū sunt. in sustantia & natura, q̄ designantur per genus neutrum. Et tres sunt. quę manifestant veritatē verbi. Spiritus.i. anima xp̄i descendens ad inferos. Aqua & sanguis.i. baptisma. vnū sunt: quia conueniunt in assertione vnius veritatis. Testimoniū. q ī ore duorū vel triū. &c. ergo multomagis dei testimonio credemus. De filio suo. qd̄ ficit in baptismate & transfiguratone: dicēs. Hic est fili9 me9 &c. Habet testimoniū.i. effectū illius testimonij. Cætera manifesta sunt.

¶ Feria quarta sequenti.

SI autē christus prędicatur. Ex prima Corinthiorum epistola cap̄.xv. In quo agitur de mortuorū resurrectiōe. quod probat ex christi ipsi9 resurrectione. Si christus prædicatur: s. a me & ab alijs apostolis. consequentia tenet ex hoc: quod inpossibile est prædicationis opus tam diuinū esse inanē. Neq; christus resurrexit. sed resurrexit: igitur & mortui resurgent. & hæc apostoli argumenta procedūt deducendo ad inconuenientia. s. quod christus nō resurrexit. & quod fides Corinthiorū est inanis: & apostolorꝝ prędicatio vana. Estis in peccatis: quia per fidē nō estis mūdati: quod etiā est inconueniēs. sicut & qđ sequit̄ ꝙ mortui in xp̄o perierunt. In christo sperantes sumus. i. expectantes hic tantū ab eo remunerari. Miserabiliores: qui sustinemus mala: & non fruimur bonis. Nūc aūt. hic ꝓbat condicionalē. s. qđ si xp̄s resurrexit. ex consequenti etiā mortui resurgēt. In suo ordine: quia prim9 q resurrexit fuit xp̄s. & multa corpora sanctorꝝ surrexerunt. sed in fine scl'i oēs simul resurgēt in momento & ictu: vt ait ap'lus.

Feria. iiij. ad Chorinthios. i. Cap̄. xv.

FRatres. Si autē christus prędicat̄ ꝙ resurrexit a mortuis: quō quidā dicunt in vobis ꝙ resurrectio mortuorꝝ non est? Si autē resurrectio mortuorū nō est: nec christus resurrexit. Si autē christus nō resurrexit: inanis est ergo prædicatio nostra: inanis est & fides nostra. Inuenimur autē & falsi testes dei: qm̄ testimonium diximus aduersus deū: ꝙ suscitauerit christum: quē non suscitauit: si mortui non resurgunt: nā si mortui non resurgunt: neq; christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. ergo & qui dormierunt in christo perierūt. Si in hac vita tantū in christo sperātes sumus: miserabiliores sumus omnib9 hominibus. Nunc aūt christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientiū. qm̄ quidē per hominē mors: & per hominē resurrectio mortuorum. & sicut in Adā omnes moriuntur: ita & in christo omnes viuificabūtur. vnusquisq; autē in suo ordine primitiæ christus.

¶ Feria. vi. sequenti.

CVm adhuc essem9. Ex ep'la ad Romanos. cap̄. v. In quo posteaq; apostol9 ostendit virtutē fidei in iustificatione credētiū: in hac ponit iustificationis motiuū: qđ excludit a nobis dicēs. vt qđ xp̄s cum essemus infirmi. s. ꝑpt' peccatū. Mortu9 est scd̄m tēp9. s. triū dierū spacio. Pro iusto. i. opus hoīs quātumcūq; iusti vix meret̄: vt quis ꝑ eo velit mori: igit̄ multo minus peccator hoc pōt mereri. Cōmēdat aūt. i. cōmendabilē osten-

Feria. vi. ad Romanos. Cap̄. v.

FRatres. Cū adhuc essem9 infirmi: christus secūdū tēpus ꝓ impijs mortu9 est. Vix enim̄ ꝓ iusto quis morit̄. Nā pro bono forsitā quis audeat mori. Cōmēdat aūt suā charitatē deus in nobis: qm̄ si cū adhuc peccatores essemus secundū tēpus; christ9 pro

dit. Ab ira. i. ab inferno. quia maius est peccatorẽ iustificare: q̃ ipsum a pœna liberare. Cũ inimici essemus. per peccatũ Adę. Reconciliati. per mortẽ. s. xp̃i. In vita. s. post gl'iosam resurrectionẽ. Nõ solũ aũt. in grȩco nõ solũ id autẽ. s. salui erimus in futuro. Sed & gloriamur. subaudi nũc in presenti.

¶ Domimica secunda post pascha.

nobis mortu⁹ est; multo igit̃ magis iustificati nũc in sanguine ipsi⁹ salui erimus ab ira p ipsum. Si em̃ cũ inimici essemus recõciliati sum⁹ deo p mortẽ filij ei⁹; multo magis recõciliati salui erim⁹ i vita ipsi⁹. Nõ solũ aũt; sed gl'iamur in deo. Per Iesum xp̃m dñm nr̃m.

Dñica. ij. post pascha bti. Petri. Cap̃. ij.

CHarissimi. Christ⁹ passus est p nobis; vobis relinqens exẽplũ; vt sequamini vestigia ei⁹. Qui pct̃m nõ fecit nec inuẽtus est dolus in ore ei⁹. Qui cũ malediceret̃; nõ maledicebat; cũ pateret̃: non cõminabat̃. Tradebat autẽ iudicanti se iniuste: qui pct̃a nr̃a ipse pertulit in corpore suo sup lignũ; vt peccatis mortui iusticię viuamus; cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes; sed conuersi estis nunc ad pastorẽ & episcopum animarum vestrarum.

Feria. iiij. ad Hebræos. Cap̃. xiij.

FRatres. Obedite p̃positis vr̃is & subiacete eis. Ipsi eñi puigilãt: quasi ratioẽ p animab⁹ vr̃is reddituri; vt cũ gaudio hoc faciãt & nõ gemẽtes. Hoc em̃ nõ expedit vobis. Orate p nobis. Cõfidimus em̃ quia bonã consciẽtiã habem⁹ in omnib⁹ bene volẽtes cõuersari. Ampli⁹ aũt deprecor vos hoc facere; quo celeri⁹ restituar vobis. Deus autẽ pacis qui eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouiũ in sãguine testamẽti æterni dñm nr̃m Iesum xp̃m; aptet vos in omni bono; vt faciatis ei⁹ voluntatẽ; faciens in vobis qđ placeat coram se p Iesum christum. Cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CHrist⁹ passus est p nobis. Ex pr̃ia Pe. epl'a. cap̃. ij. In quo ad patiẽtiã xp̃ianos hortat̃. nã dixerat in hoc em̃ vocati estis. i. vt iniuriã patient̃ toleretis: & tunc infert: xp̃s passus est &c̃. Vestigia ei⁹. i. imitãtes illũ. Qui pc̃tm̃ nõ fecit. in hoc imitari nõ possum⁹. Tradebat se. offerẽdo se quęrẽtib⁹ ad mortẽ iniustam. In corpore suo. pœnã p nobis sustinendo. Pc̃tis mortui. i. nõ peccãdo. Iusticię. i. xp̃o nos iustificãtai. Cui⁹ liuore. Ex Esaia sumptũ est. Episcopũ. i. speculatorem.

¶ Feria. iiij. sequẽti.

OBedite prępositis vr̃is. Ex epl'a Pauli ad hebręos. cap̃. xiij. In q̃ apl's docet quõ hebræi se debent habere circa p̄latos. Ipsi em̃. reddit rationẽ quare debeãt obedire illis. Cũ gaudio. cũ viderint vos sibi obsequentes. Nõ expedit vobis. s. qđ illi laborẽt: & vos nõ obed'iatis. Orate p nobis. i. adiuuate nos p̃cib⁹ vr̃is apud deũ. Bene volẽtes cõseruari. i. desiderãtes bonã cõuersationẽ omniũ. Restituar vobis. aberat em̃ ab hierosolymis. De⁹ pacis. bñ præcat̃ illis in clausula eplæ. Eduxit pastorẽ. i. a morte suscitauit. testamenti æterni. quod sanguine christi cõfirmatum est.

¶ Feria. vi. sequenti.

MVltitudinis autem credentium. Ex actibus apostolorum. cap. iiij. in quo describitur credentium sancta communio & primo in genere. Cor vnũ. quia inuicem connectebantur charitate. Virtute magna. quia faciebant miracula virtute diuina. Gratia magna. i. amor q facit omnia cõmunia. vñ sequit̃. neq; quisq; erat egens: quia omnia erant omnium. quæ sequũtur per se patent.

¶ Dominica tertia post pascha.

OBsecro vos tanq; aduẽas. Ex prima Petri ep̃la. cap̃. ij. & continuatur epistolæ præcedenti: cuius initiũ est. Deponentes omnem maliciam. Itaq; inducit hoc in loco apostolus fideles ad diffusionẽ fidei per exemplum sanctæ cõuersationis: dicẽs. Obsecro vos. Aduenas & peregrinos. scilicet a ciuitate cœlesti. A carnalibus desiderijs. sicut peregrini qui non immorantur in voluptatibus quæ occurrunt in via: sed properant in patriam. Conuersationem bonam. non ad propriã laudẽ: sed ad dei gloriam. ideo subdit vt glorificent deũ. In die visitationis. i. cum diuina gratia illos conuertent. Omni creaturæ humanæ. s. habitãtia deo regiminis autoritatem. ideo subdit siue regi, siue miss

Feria. vi. Actuum Apostolorũ. Cap̃. iiij.

IN diebus illis. Multitudinis autem credẽtium erat cor vnum: & anima vna. Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis omnia cõmunia. Et virtute magna reddebãt apostoli testimonium resurrectionis Iesu christi domini nostri: & gratia magna erat in oĩbus illis. Neq; em̃ quisq; egẽs erat inter illos. Quot quot enim possessores domorũ aut agrorũ erãt; vendẽtes afferebãt precia eorũ quę vẽdebant: & ponebant ante pedes apostolorũ. Diuidebant̃ aũt singulis ꝓut cuiq; op⁹ erat.

Dominica tertia. Beati Petri apostoli prima. Cap̃. ij.

CHarissimi. Obsecro vos tãq; aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs quæ militãt aduersus animã. Conuersationẽ vestrã inter gentes habentes bonã; vt in eo quod detractant de vobis tanq; de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes: glorificent deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deũ. Siue regi quasi præcellenti; siue ducibus tanq; ab eo missis: ad vindictã malefactorũ: laudẽ vero bonorũ. Quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam. Quasi liberi: & non quasi velamen habentes maliciæ libertatẽ; sed sicut serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dñis. Non tãtum bonis & modestis: sed etiã dyscholis. Hęc ẽ enim gratia: In christo Iesu domino nostro.

sus a rege. Quasi liberi. scilicet libertate vera: quæ est a vitijs. & nō sub prętextu libertatis non obediēdo superioribus. quę sequuntur patēt vsq; ad verbū dyscholis. Sunt enim dyscholi homines morosi & difficiles: & quibus mala est conuersatio: quod olys particula in compositione in malū sonat semper. Gratia dei. i. res gratas deo.

Feria quarta. Ad hebræos. Cap. ix.

FRatres. Non enim in manu facta sancta Iesus introiuit exēplaria verorū: sed in ipsum cœlum: vt appareat nunc vultui dei ꝓ nobis. Neq; vt sæpe offerat semet ipsum: quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum pati frequenter ab origine mūdi. Nunc autem semel in cōsummatione sæculorum ad destitutionē peccati per hostiam suam apparuit. Et quēadmodum statutū est hominib⁹ semel mori: post hoc autem iudicium: sic & christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Secūdo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

Feria. vi. Ad Romanos. Capite. xiiij.

FRatres. Nemo nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur. Siue enim viuim⁹: domino viuimus. Siue morimur: domino morimur. Siue ergo viuim⁹: siue morimur; domini sumus. in hoc enim christus mortuus est; & resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum in manducando: & quare spernis fratrem tuum in non edendo? Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim. Viuo ego dicit domin⁹: quoniam mihi flectetur omē genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo.

¶ Feria quarta sequēti.

NOn enim in manu facta. Ex epistola Pauli ae hebręos. capite. ix. In quo postea; multa de sacerdotio veteris legis dixit: cōparat illud christi sacerdotio. Manu facta. quale fuit tabernaculum Moysis & Salomonis templū Verorꝫ. quia tēpla fiunt ad cœli similitudinem. Pro nobis. s. mediator. Vt sępe offerat se. sed semel oblatus est: vt dicit ad multorꝫ exhauriēda: hoc est tollenda peccata multorum: quia nō oēs sunt digni. Post hoc iudicium. s. extremū erit. Sine peccato. nam in primo aduētu venit in similitudinē peccati. nam qđ Faber dicit: qđ christus in primo aduētu sine peccato apparuit: aliud est apparere: & aliud esse. vnde & Esaias dixit cū sceleratis reputatus est: & quasi peccator iducit in corpore mystico.

¶ Feria sexta sequēti.

NEmo nostrū sibi viuit. Ex epistola Pauli ad Romanos. capite. xiiij. In quo ostēdit quomō maiores habere se debēt ad minores. Et ponit rō quæ accipitur ex parte eius ad quē pertinet de seruo alteri⁹ iudicare, hoc est de ꝓximo. is autē est xp̄s:

cui omnes viuimus aut morimur. Nemo. quia nos non sumus domini vitę aut mortis nostrę. In hoc. idest hoc dominium est morte sua cōsecutus: vt sit dominus noster per redemptionem. Tu autem. ponitur ratio quę accipitur ex parte eius qui iudicat temere de alio. In manducando. s. ea. quæ sunt in lege Mosi prohibita. In nō edendo. reputando illum insanum: quia non edit in lege prohibita. Ante tribunal. vbi de his iudicamur. Scriptū est Esaia. xlv. Itaqȝ. conclusio est intenti.

¶ Dñica. iiij. post pascha

OMne datum optimum. Ex epistola Iacobi. capite. i. In quo remouet errorē dicētium quod bonum meriti non est a deo: sed ab ipso homine. Datum optimum. i. bonum meriti. Et omne donū perfectum. idest bonū glorię. A patre luminū. cui oīa sunt aperta sicut in lumine diei claro. Immutatio & obūbratio. sicut nobis qui semper immutamur & aliquādo dies: aliquando nox. Genuit nos. per modum adoptionis. In verbo. i. per filiū. Initium creaturæ. scilicet quantum ad gratiam. Scitis. pro scire debetis. Sit autē. pręcepta moralia proponit quę satis patent per se. Insitū verbum. i. quod mētib9 inserendum est.

¶ Feria quarta sequenti.

OMnes em̄ vos. Ex epl'a prima Pauli ad Thessaloñ. capite. v. In q̄ posteaq̄ posuit incertitudinem diei iudicij: facit illos cautos circa illius expectationē & quia paulo ante dixit fratres non estis in tenebris: nunc dicit filij lucis

Dominica quarta Iacobi Apostoli. Capite. i.

FRatres. Omne datum optimum: & omē donum perfectum de sursum est; descendēs a patre luminum. Apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudis obūbratio. Volūtarie em̄ genuit nos verbo veritatis: vt sim9 initium aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē omnis homo velox ad audiendū: tardus autem ad loquendū; & tardus ad iram. Ira enim viri iusticiam dei nō operatur. Propter quod abijciētes oēs immunditiā & abundantiā maliciæ: in mansuetudine suscipite insitum verbum. Quod potest saluare animas vestras.

Feria quarta. Ad Thessalonicenses prima. Capite. v.

FRatres. Omnes em̄ vos filij lucis estis: & filij dei. Non sumus noctis; neqȝ tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri: sed vigilemus: & sobrij simus. Qui enim dormiunt; nocte dormiūt: & qui ebrij sunt; nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus: sobrij sim9 induti loricā fidei & charitatis: & galeam spem salutis: quoniam non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionē salutis per dominum nostrum Iesum christum; qui mortuus est pro nobis. Vt siue vigilemus: siue dormiamus: simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicē: & ædificate alterutrum In christo iesu domino nostro sicut & facitis.

estis.i.christi qui est lux vera. Sicut cęteri.s.infideles. Qui dormiunt.s.noctis & ignorantiæ filij. &c. Diei sumus. subaudi filij. Loricam fidei.i.armaturam quæ corpus munit. per quam intelligimus fidem charitate informatam. Spem salutis. & sic tetigit tres virtutes quæ sunt proprie christianorum. In iram.i. in dānationē æternā. In acquisitionē salutis.i. saluationem.

Feria.vi. Ad Colossenses. Cap̄.i.

FRatres. Gratias agimus deo & patri qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarū: & transtulit in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis primogenitus oīs creaturę. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra visibilia. Siue throni: siue dominationes: siue principatus: siue potestates; oīa p ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ: qui est principium primogenitus ex mortuis; vt sit in omnibus ipse primatū tenēs. Quia in ipso cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis inhabitare: & p eū reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ei9: siue quæ in cœlis sunt: siue quæ in terra.

¶Feria sexta sequenti.

GRatias agam9 deo. Ex epistola Pauli ad Colossēses. capite.i. In quo apostolus inducit Colossenses ad tenendum firmiter euāgelium. Et primo captat illorum beniuolētiam: cū dicit se orare pro ipsorū fœlici cōsumatione. Nos fecit: scilicet tam iudæos q̄ gentiles. Sortis sanctorū. & hoc per baptismi gratiam. De potestate tenebrarum. idest diaboli. Dilectionis. quia pater diligit filium: & per illū nos. In quo. idest p quē. Primogenit9. i. ante oīa alia creata. genit9 per naturā: cū sint alia per creationem. In ipso condita. idest p ipsum. quia verbo domini omnia creata sunt. Siue throni. quattuor angelorum ordines nominat: p quos & alios quinq; intelligit. Caput ecclesiæ. in corpore mystico. Principium. idest prim9 qui resurrexit ad vitam immortalem. Cōplacuit. scilicet deo. Inhabitare in ipso. i. in christo homine. Alia patēt.

Dn̄ica.v. Iacobi apostoli. Cap̄.i.

CHarissimi. Estote factores verbi & nō auditores tantū: fallētes vosmetipsos. Quia si qs auditor ē verbi & nō factor; hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suę in speculo. Considerauit enim se & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit.

¶Dominica quinta post pascha.

EStote factores verbi. Ex epistola Iacobi apostoli. capite.i. In quo apostolus inducit fideles ad acqescendū veritati: & ipsam opere adimplēdo. Fallētes vos. qa illud i perniciē vr̄am redūdat. In speculo. qa tamē si videt se, hō: tn̄ pfecte: sed vmbratice: & sic sermo est vmbra & nō res vera.

Legem libertatis.i.euangelij.quia lex vetus seruitutis erat. & permanserit operando.ea quę inde didicit. Religiosum.i.christianum verum. Nō refrenans.iactando se quod satis est illi si crediderit:& si non fuerit operatus. Seducens cor suum.idest seipsum fallens. Visitare pupillos.& quę sequūtur. hæc autem sunt opera christiani.

¶ Feria.ij.rogationū.

COnfitemini alterutrum. Ex epistola Iacobi apostoli cap̄.v. In quo inducit fideles ad pœnitētiæ sacramētum: per quod remittūtur peccata mortalia. Alterutrum. i. non tantum deo:sed etiam alteri homini. Pro inuicem.i. vicissim.i.alter ꝓ altero. Deprecatio iusti. ergo iniusti non est accepta. Helias. quod dixit probat Helię exemplo sumpto ex.iij. Regū.ca.xvij. Et nō pluit. quod factū est ꝓpt peccatū Achab: & Iezabel vxoris illius. Rursum orauit. Ex eodem libro.capite sequēti. A veritate. siue fidei: siue morū. Operit multitudinem peccatorū. s. vt dixerimus quod non videbuntur a deo.

¶ Feria.iiij. sequenti.

OBsecro vos primū. Ex prima epistola Pauli ad Timotheum cap̄. ij. In quo Timotheū instituit qđ orare debeat pro subditis: immo:& pro omnibus. Vt quietam. i. pro temporum quiete & trāquillitate. Pietate.i.religione. Castitate quę cōiuncta est religioni. Vergilius. & casta maneant in religiōe nepotes. Hoc bonum.s.orare ꝓ omnibus. Veritatis.s.euange

Qui aūt perspexerit in lege perfectę libertatis; & permanserit in ea; non auditor obliuiosus factus;sed factor operis;hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse nō refrenans linguā suā; sed seducens cor suum;huius vana est religio. Religio mūda & immaculata apud deum & patrem hæc est. Visitare pupillos & viduas in tribulatiane coꝝ:& immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

Feria secunda rogationum.
Iacobi apostoli.Capite.v.

CHarissimi. Confitemini alterutrū peccata vestra:& orate ꝓ inuicem: vt saluemini. Multū eñ valet dep̄catio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis; & oratione orauit: vt non plueret super trrā;& non pluit annos tres:& menses sex. Et rursum orauit in cœlum:& dedit pluuiā & trra dedit fructū suū. Fratres mei si qs aūt ex vobis errauerit a veritate; & cōuerterit quis eum scire debet: quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ: saluabit animam ei⁹ a morte:& operit multitudinem peccatorum.

Feria.iiij. Ad Timotheū.i. Cap̄.ij.

CHarissimi. Obsecro igit̄ primū oīum fieri obsecrationes:orationes; postulationes: gratiarumactiones pro omnib⁹ hominibus:& pro regibus:& omnibus qui in sublimitate sunt constituti: vt tranquillā & quietam vitam agamus in omni pietate &

licę vult omnes venire. Vnus deus. scilicet est qui oēs creauit: & vult illos saluos esse. Vnus mediator. qui nos deo reconciliat. Testimonium confirmatum est per apostolorū prædicationem: & miraculorum operationem. In fide & veritate. idest quę pertinēt ad fidei veritatem.

castitate. Hoc enim bonum est & acceptū coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri: & ad agnitionē veritatis venire. Vnus est eñ deus: & vnus mediator dei & hominum: homo christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum ꝓ omnibus. cuius testimonium temporibus suis cōfirmatum est: in quo positus sum ego prædicator apostolus. Veritatem dico: nō mentior doctor gentium in fide & veritate.

In vigilia ascēsiōis. Ad Ephesios. Cap. iiij.

FRatres. Vnicuiq; nostrū data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominib⁹. Quod aūt ascēdit: quid est nisi quia & descēdit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est. & qui ascēdit super omnes cœlos: vt adimpleret oīa. & ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas; alios vero euāgelistas; alios aūt pastores & doctores ad cōsumationē sanctoꝝ in op⁹ ministerij in ędificationem corporis christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei: & agnitionis filij dei: in virum perfectum: in mensurā ętatis plenitudinis christi domini nostri.

In die ascensionis. Lectio Actuū apostolorum. Capite. primo.

PRimū quidem sermonē feci de omnibus o Theophile quæ cepit Iesus facere & docere: vsq; in diem qua præcipiens

¶ In vigilia ascensionis.

VNicuiq; nostrum data ē gratia. Ex epistola Pauli ad Ephesios cap. iiij. In quo ostendit quod omnes fideles sunt vnum corpus mysticum: cuius caput est christus. Secundum mēsurā. alijs scilicet plus & alijs minus. Dicit. subaudi scriptura. Ex Esaia cap. lxvij. Captiuitatē. i. illos qui in limbo inferorum erant detēti. Dedit. dona. in die pentecostes dedit dona spiritus sancti. & quotidie dat quibus vult. Quid est. idest qualiter intelligendum. Descendit hominem assumptur⁹. Impleret oīa. quæ de illo per prohetas scripta erant. Dedit. scilicet distribuendo diuisa dona. Consumationem sanctorum. i. perfectionem fidelium. Corporis christi. scilicet eccl'ię cuius caput est christus. In vnitatem fidei. i. qui sumus in illius fide vniti. In virum perfectum. quia omes in ętate christi sumus suscitandi.

¶ In die ascensionis.

PRimū quidem sermonem feci. Ex initio apostolicę historiæ: quam Lucas euangelista scripsit: quā Theophilo mittit quē dicunt fuisse episcopum Asiaticum. Primum sermonē. euangelium dicit: quod

scriptum incipiens a sacerdotio Zachariæ: & terminauit in ascensione domini. Vsq; in diem. scilicet ascensionis. Præcipiens. quid essent facturi. Præbuit se viuum. post resurrectionem vsq; ad ascensionem: qui fuerunt dies quadraginta. Argumentis. idest figuris (vt modo hortolan9 Magdalenæ: nunc peregrinus duobus discipulis) Conuescens, idest simul cum illis comedens. Promissionem patris. demissiõe scilicet spiritus sancti. Ioãnis capite. xiiij. Spiritu sancto quẽ non conferebat Ioãnis baptista. Qui conuenerant, scilicet cũ illo mãducantes & bibẽtes. Regnum israel. nam adhuc non sentiebant spiritualiter. Virtutem spiritus sancti. ad prædicandum euãgelium meum. Intuerentur admirantes illius ascensionem. Viri. angeli in specie virorum. Sic veniet. in fine sęc'li ad iudicandum homines. scilicet in forma humana: vt nũc vidistis ascendentẽ.

apostolis per spiritum sanctum quos elegit; assumptus est. Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno dei: & conuescens præcepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris: quam audistis (inquit) per os meum. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum: dicẽtes. Domine; si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tẽpora vel momenta: quæ pater posuit in sua potestate. Sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in Ierusalem: & in omni iudęa & Samaria. & vsq; ad vltimũ terræ: & cum hoc dixisset videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cũq; intuerentur in cœlum eũtem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui & dixerunt. Viri galilæi quid statis aspiciẽtes in cœlũ? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlum: sic veniet quemadmodũ vidistis eum euntẽ in cœlum.

Dominica post ascensionem.

Estote prudentes & vigilate. Ex epistola Petri. i. cap. iiij. In q̃ posteaq̃ apostolus fideles ordinauit i seipos & in proximos: nũc hortatur illos ad timorẽ instantis iudicij: & mẽtis: puritatem in ordinẽ ad seipsos & ad proximos. Operit. ne videant a deo: vt supradicit in epistola Iacobi: Hospitales. hospitio excipientes hospites vestros: Sine murmuratione. scilicet expensarum. Accepit gratiam. scilicet a domino: hoc est gratis. Boni dispensatores. qui gratis dãt: gratis

Dominica post ascensionem. Beati Petri apostoli. Cap. iiij.

CHarissimi. Estote prudentes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autẽ

dandū accepere. Si quis loquitur. scilicet verba exhortatoria. Sermões dei. Non sibi sed deo deferēdo. Si quis ministrat. scilicet quoq; non ad se sed ad deum referat: qui sibi talia dedit ad distribuendum pauperibus.

mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes; quia charitas operit multitudinē peccatorū. Hospitales inuicē sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit grām in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si quis ministrat: tanq̃ ex virtute quam administrat deus: vt in omnibus honorificetur deus: per Iesum christum dominū nr̄m.

Feria. vi. post octauas ascensionis. Ad hebręos. Capite. ij.

FRatres. Vidimus christū propter passionem mortis gloria & honore coronatum: vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat eum propter quem oīa: & per quem omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat; autorem salutis eorū per passionem consumari. Qui enim sanctificat, & qui sanctificātur ex vno omnes. Propter quā causam nō confundit̄ fr̄es eos vocare: dicēs. Narrabo nomen tuum fratrib⁹ meis: in medio ecclesiæ laudabo te. & iterū. Ego ero fidens in eū. & iterum. Ecce ego & pueri mei; quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdē: vt per mortem destrueret; eum qui habebat mortis imperium: id est diabolum. & liberaret eos q timore mortis p̄ totā vitā obnoxij erāt seruituri. Nusq̃ enī angelos apphēdit: sed semē abraę apphendit. Vnde debuit p̄

¶ Feria sexta post octauas ascensionis.

VIdim⁹ iesum christum propter passionem. Ex epistola Pauli ad hebręos capite. ij. vbi quia supra citauerat testimoniū ex propheta: minuisti eum paulominus ab angelis: nūc vero expōit v̄ba de christo: dicens. Vidimus iesum propter passionem. idest ex merito passiōis. Vt gratia dei. hoc est nō ex nostris meritis. Decebat. Conueniens erat vt deus per passionem filij nos perduceret in gloriā. Propter quem. idest ad quem omnia referunt. Et per quem. qui est causa efficiens. Adduxerat. idest adducere volebat. Cōsumare. idest vsq; ad consumationem perducere. Autorem salutis. i. iesum christū. & hoc per illi⁹ passionem. Ex vno. idest ex eodem patre. sed christus per generationē: homines alij per creationem. Non confunditur. idest non erubescit. Dicens psalmus. xxi. qui de christo etiam in sensu litterali debet intelligi. Et iterum. Esaiæ capite. octauo. Pueri mei q̄ quibus Ioānis decimo octauo hominibus (inquit) quos dedisti mihi.

Quia ergo pueri cōmunicauerunt. s. in natura passibilitatis. Nusq̄ angelos. idest naturam angelicam assumpsit sicut humanam. Vt repropitiaret. faciēdo deum propicium per sui corporis oblationem. In eo. idest in natura humana. Et tētatus a dæmone in deserto. Apostolū. idest christū a patre missum. Apostol9. enim missus interpretatur.

¶ In vigilia pentecostes.

Tentauit de9 Abraā Ex Genesi. cap. xxi. In quo exponitur quo pacto deus tentauit Abraam: an sibi in filio occidendo obtemperaret. In mōtem visionis. idest vnde poterat videri tota adiacēs regio qui tunc erat iuxta Ierusalē: sed postea fuit vrbi adiectus: mons autem ille vocabatur Moria. Die tertio tantū temporis sufficiebat ad veniendum de Bersabee ad montē moria: hoc est ad Ierusalem. Deus prouidebit. hoc iā prophetice dictū est: qm̄ deus prouidit de hostia cędenda pro filio. Vsq̄ hodie dicitur. i. in puerbiū circūfertur per ora hebręorū quotienscūq̄ sunt in aliqua angustia: in monte dominus videbit. Vocauit secundo.

omnia fratribus assimilari: vt misericors fieret: & fidelis pontifex ad deum: vt repropiciaret delicta populi. In eo enī in quo passus est: ipse & tentat9: potēs est: & eis qui tentatᷣ auxiliari. Vnde fratres sancti vocatiōis coelestis participes considerate apostolū & pōtificem confessionis nostræ Iesum christū dominum nostrum.

Sabbato in vigilia pentecostes, Genesis Capite. xxij.

Teentauit deus Abraam: & dixit ad eū. Abraam Abraā. At ille respondit. adsum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitū quem diligis Isaac: & vade in terram visionis: atq̄ ibi offeres eum in holocaustum; super vnum montiū quem mōstrauero tibi. Igitur Abram de nocte cōsurgens; strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes: & Isaac filium suum. Cūq̄ concidisset ligna in holocaustum: abijt ad locum: quem præceperat ei deus. Die autē tertio eleuatis oculis; vidit locum procul. Dixitq̄ ad pueros suos, expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsq̄ properantes: postquā adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoq̄ ligna holocausti: & imposuit super Isaac filium suum. Ipse vero portabat ignem & gladiū in manibus. Cūq̄ duo pergerent simul: dixit Isaac patri suo. Pater mi? At ille respondit. Quid vis fili? ecce (iquit) ignis & ligna: vbi ē victima holocausti? Dixit aūt Abraā. Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter; & venerunt ad locum quem ostenderat ei deus: in quo ædificauit altare: & desuper ligna composuit. Cūq̄ alligasset Isaac filiū suum: posuit eū in altare super struē lignorum, extēditq̄ manum & arripuit gladiū:

vt immolaret filium suum. & ecce angelus domini clamauit de cœ-lo: dicens. Abraam Abraã. Qui respondit adsum. Dixit ei. Non extendas manum tuam super puerum: nec facias illi quicq̃. Nunc cognoui q̃d timeas deũ: & nõ pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit Abraam oculos suos: viditq̃ post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitq̃ nomen loci illius: dominus videt. Vnde vsq̃ hodie dicitur. In mõtem dominus videbit. Vocauit autẽ angelus domini Abraam secundo de cœlo: dicens. Per memetipsum iuraui: dicit dñs: quia fecisti hanc rem: & non pepercisti vnigenito filio tuo: benedicam tibi & multiplicabo semen tuũ sicut stellas cœli & velut arenam quę est in littore maris. possidebit semẽ tuum portas inimicorum suorum; & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti voci meæ. Reuersusq̃ est Abraã ad pueros suos: abieruntq̃ Bersabeæ simul. & habitauit ibi.

quia facta fuerat promissio Abraam: quam nunc iterum iuramento confirmat. Per memetipsum. quia nihil est deo maius per quod iurare possit. Abierunt ad Bersabeæ. vnde fuerant profecti ad montem Moria.

Lectio libri Deuteronomij. Cap. xxxi.

SCripsit Moyses canticũ: & docuit filios israel. Præcepitq̃ dñs Iosue filio Nun: & ait. Cõfortare & esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terram quam pollicit⁹ sum eis: & ego ero tecũ. Postq̃ ergo scripsit Moyses verba legis hui⁹ in volumine: atq̃ compleuit: præcepit leuitis qui portabant arcam fœderis domini: dicens. Tollite librum istum: & ponite illum in latere arcæ fœderis domini dei nostri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contẽtionem tuam: & ceruicem tuam durissimã. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum: semper contentiose egistis contra dominum: quãto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atq̃ doctores. & loquar

¶ Lectio altera.

SCripsit Moyses canticum. Ex Deuteronomio capite. xxxi. In quo propheta populum israeliticum in legis iam traditę obseruatiõe. & Iosue suum successorem hortatur: & quid facere debeat: admonet. Scripsit canticum. quod ponitur cap. sequenti: scilicet. Audite cœli quæ loquor. Verba legis. supra scriptę. Leuitis. qui erãt de tribu leui ad quos id officiũ pertinebat. Arcę fœderis. non cõstat vtrũ intra aut extra arcam poneretur. In testimoniũ. ne pretendas legis ignorantiam. Contẽtiose egistis. vt patet in Exodo. & in libro numerorum.

Sermões istos. scilicet cã tici insequentis: hoc est audiēt cœli. Noui enim. per spiritum propheticum. In extremo tempore. cum vestrum messiã: hoc est christum vestrũ occidetis.

audiētibus eis sermones istos: & inuocabo contra eos cœlum & terram. Noui enim ꝙ post mortem meam inique agetis: & declinabitis cito de via quã pręcepi vobis. & occurrent vobis mala in extremo tēpore quãdo feceritis malum in conspectu domini: vt irritetis eum per opera manuũ vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu filiorum israel verba carminis huius: & ad finem vsqꝫ compleuit.

¶Lectio tertia.

APprehendent mulieres septem. sed iã exposita est in parte superiori in vigilia resurrectionis dñi.

Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. iiij.

APprehendent septem mulieres virũ vnum in die illa; dicentes. Panem nostrũ comedemus; & vestimentis nostris operiemur; tantummodo inuocetur nomen tuum super nos; aufer opprobriũ nostrũ. In die illa erit germē domini in magnificētia & gľia; & fructus terræ sublimis: & exultatio his qui saluati fuerint de israel; & erit omnis qui relictus fuerit in sion: & residuus in Ierusalem. Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si abluerit domin⁹ sordem filiarum sion; & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius: in spiritu iudicij & spiritu ardoris; & creabit dominus super omnem locum montis sion: & vbi inuocatus est nubem per diem & fumum & splendorē ignis flammãtis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: & tabernaculũ erit in vmbraculũ diei ab ęstu: in securitatē & abscõsionē a turbine & a pluuia.

¶Lectio quarta.

AVdi israel mandata vitę. Ex Baruch Ieremiæ prophetæ scriba. capite tertio. in quo Baruch populũ Israel ad sapientiæ desiderium hortatur. Mandata: idest ad vitam inducentia. Prudentiam. idest rerum diuinarum sapiētiam. Inimicorum.

Lectio Baruch prophetæ. Capite. iij.

AVdi israel mandata vitę: & auribus percipe: vt habeas prudentiã: Quid est Israel ꝙ in terra inimicorum tuorũ es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis. Deputat⁹ es cum ijs qui sunt apd̃ inferos: qa dereliqsti fontem sapiētiæ, si in via domini ambulasses: Nã habitasses vtiqꝫ in pace super terram. Disce vbi sit sapientia: & vbi sit fortitudo: & vbi pruden-

tia, vt scias simul vbi sit longitudo vitæ & victus: vbi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium? & qui dominantur feris quæ sunt super terram? Qui in auibus cœli ludunt: qui argẽtum thesaurizant & aurum: in quo confidunt homines; & non est finis acquisitionis eorum? Qui argentum fabricant, & soliciti sunt; nec est inuentio operum illorum. exterminati sunt; & ad inferos descenderunt: & alij in loco illorum surrexerũt. Iuuenes viderunt lumen: & habitauerunt super terram. Viam autem disciplinæ nescierunt; neq; intellexerunt semitas eius: neq; susceperunt eam filij eorum; a facie ipsorum longe facta est. Nõ est audita in terra chanaã: neq; visa est in Theman. Filij quoq; agar qui exquisierunt prudentiam: quæ de terra est: negociatores terræ & Theman. & fabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt: neq; inuenerunt semitas eius. O israel quam magna est domus dei: & ingens locus possessionis eius. Magnus est & non habet finem: excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati: illi qui ab initio fuerunt statura magna cientes bellum. Non hos elegit dominus: neq; viam disciplinæ inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam: interierunt propter suam insipiẽtiam. Quis ascẽdit in cœlum & accepit eam: & eduxit eã de nubibus? Quis trãsfretauit mare; & inuenit illam: & attulit eam super aurũ electũ? Non est qui sciat viam eius: neq; qui exquirat semitas ei⁹. Sed qui scit vniuersa nouit il

idest in captiuitate. Cũ mortuis. idest peccatoribus. In infernum. idest cum idolatris. Dereliquisti. hæc est horum causa. & est responsio ad quęstionem. In pace. relinquentes autem viam dei: bellis oppressi sunt. Et victus. idest verus animarum pastus.
Lumen oculorum. vidẽdo apertã salutis viam. Et pax. idest qes. Quis. quasi dicat: nemo ex fidelibus. Locum eius. scilicet sapientiæ siue prudentiæ. Principes gentium. qui omnes erant idolatrę & deum ignorantes. Bestias per venationẽ illarum. In auibus cœli. per aucupium. Thesauros. quia per hęc putant se posse dominari. Non est finis. quia ex Solonis sentẽtia diuitiarum nullus est termin⁹. Fabricant in vasa & pecunias. Nec est inuentio. qa nõ cõsequunt q̃ volũt Viderũt lumẽ. scit illã ali. quã veri bõi. Disciplinã ignorauerũt obcęcati voluptatibus. Filij eorum. non bene a patribus instituti. In terra Canaã. vbi antequã ab hebręis possideretur erat dei cultus ignotus. Filij Agar. idest ismaelitę. omnes in quam hi viam vitæ ignorauerunt. O israel. subaudi considera. Quam magna. idest quam late patens. Magnus est. s. deus. Fuerunt gigantes. ad superiora refertur. scilicet ad terrã Canaan & The

man. Non hos. sed te o israel elegit. Accepit eam. scilicet sapientiam. Sup aurum electum. quasi dicat: nullus: quia a deo tãtum reuelata est per filiũ suum. In æterno tempore. idest in æternum duratura. Lumen. scilicet solis & lunæ per solem: & aliarum quoq; stellarũ. Dixerũt adsumus. rebus inanimatis dat sermonẽ. per prosopopœiã. Luxerunt ei. idest eius imperio. Aduersus eum. idest qui ei aduersetur. In terris visus est. quia non est loquut⁹ iam per prophetas: sed per seipsum suscepta carne humana prædicãs quæ ante dixerat per prophetas.

¶ Alia lecttio.

FActum est cũ apollo esset Corinthi. Ex actibus apostolorum cap. xix. In quo Lucas describit Pauli p̃dicationẽ Ephesi. Apollo. pauli coauditor ĩ euãgelij prædicatiõe. Ephesum. ciuitatem minoris Asiæ siue Ioniæ. Spiritũ sanctum. scilicet in signo visibili: quia tunc sic dabatur baptizatis. Audiuim⁹. mirum est q̃ isti dicunt cum in forma baptismi nominetur: sed in baptismo Ioannis nõ exprimebant nomina triũ personarum. Duodecim qui sic baptizati sunt. Suadens. suasionib⁹ oratorijs ad euangelij fidem inducens. Cętera patent.

lam: & adinuenit eam prudentia sua. Qui præparauit terram in æterno tempore: & repleuit eã bipedibus & quadrupedibus. Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud: & obedit illi in tremore. Stellę autẽ dederũt lumẽ in custodijs suis; & lętatæ sunt. Vocatæ sunt; & dixerunt. Adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate; qui fecit illas. Hic est deus noster: & nõ æstimabitur ali⁹ aduersus eum. Hic adinuenit omnem viã disciplinæ: & dedit illam Iacob puero suo: & israel dilecto suo. Post hæc super terram visus est: & cum hominibus conuersat⁹ est.

Lectio Actuum apostolorum. Capite: xix.

IN diebus illis. Factũ est cum Apollo esset Corinthi; & Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum: & inueniret quosdam discipulos: dixitq; ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spiritus sanctus est; audiuimus: Ille vero ait. In quo ergo boptizati estis? Qui dixerunt. In Ioãnis baptismate. Dixit autem Paulus. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum: dicens. In eum qui venturus est post ipsum; vt crederent: hoc est in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus: venit spiritus sanct⁹ super eos; & loquebantur linguis & prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem synagogã: cum fiducia loquebatur per tres menses disputans & suadens de regno dei.

¶In festo spiritussancti.

DVm complerentur dies pentecostes. Ex actibus apostolorū. cap. ij. In quo Lucas ponit spiritussancti missionem: quemadmodum christus promiserat. Pētecostes. idest quinquagesimę a die: videlicet resurrectionis. In eodem loco. idest in cœnaculo vbi erant illę centum viginti animę: de quibus in capite superiori dixit. Veniētis spiritus. i. ventus violens. Repleuit. subaudi splendore. Linguę. q. donum linguarum illis dandū erat. Ex omni natione. quia conuenerant ratione festi. Cōfusa est. admiratiōe rei. Galilæi. quorum erat lingua distincta ab alijs. Parthi. enumerat regiones vnde iudæi venerāt. s. parthiā, mediam, mesopotamiā. idest syriā inter duo flumina, hoc est tigrim & euphratem. Pōtum. cui annexa est bythinia. Pāphilia. contermina ciliciç. & hę omnes erant in asia. Egyptus vero partim in asia: partim in aphrica. Circa cyrenem. idest regionem cyrenaicam: quæest interægyptum & aphricam propriedictā. Proselyti. i. conuersi de gētilitate ad iudaismū. Cretes. ex insula creta. Arabes ex triplici arabia.

In die sanctispiritus. Lectio Actuū apostolorum. Capite secundo.

IN diebus illis. Dum cōplerentur dies pētecostes: erant omnes pariter in eodē loco. Et factus est repēte de cœlo sonus; tanq̄ aduenientis spiritus vehementis: & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitę linguę tanq̄ ignis: seditq; supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes spiritusancto: & cœperunt loqui varijs linguis: prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitantes iudęi viri religiosi ex omni natione quę sub cœlo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo & mente confusa est: q̄m audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes & mirabant: dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquūtur galilęi sunt? Et quomodo nos audiuim⁹ vnusquisq; linguam nostram in qua nati sumus? Parthi: & medi: & elamitæ: & qui habitāt mesopotamiā: iudęā: & cappadociā: pontū: & asiam; phrygiam: pamphiliā: ægyptum: & partes libyæ; quæ est circa cyrenē: & aduenæ romani: iudæi quoq; & proselyti: cretes & arabes: audiuimus eos loquētes nostris linguis magnalia dei.

Feria. ij. Actuū apl'orū. Cap. x.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suū: dixit. Viri fratres & patres: nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari: quia ipse est qui cōstitut⁹ est a deo iudex

¶Feria. ij. sequenti.

APeriens Petr⁹ os suum. Ex actibus apostolorū cap. x. In quo post Cornelij cōuersionē: ponit petri prędicationem. Prædicare & testificari. quando dixit: eritis mihi testes. Viuorum & mortuorum. idest bonorum & malorum. Omnes prophetæ.

non solum nos qui illum audiuimus. Cecidit spiritussanctus in signo visibili. Ex circuncisione. idest. iudaei ad fidem couersi. In nationes. idest in gẽtiles. Nunquid aquam. quasi dicat: ex quo spiritussanctus praeuenit baptismum quis prohibet eos baptizari? In nomine iesu christi. quia in primitiua ecclesia sic baptizabantur.

¶ Feria. iij. sequenti.

Cum audissẽt apl'i. Ex actib9 apostolorum. cap. viij. In quo posuit p̃dicatiõem Philippi: nũc ponit profectionem Petri & Ioannis in samariam quę iam crediderat. Spiritum sanctum. qui baptizatis nõdum venerat. quẽ tamen illis superuenientibus acceperunt per manum impositionem.

¶ Feria. iiij. sequenti.

Diligite iusticiam. Ex libro Sapiẽtię. cap. i. Sũt q dicãt librum illum esse philonis iudęi. Ambrosius Salomonis esse putat. cui omnes fere refragantur. Et est hoc libri initium. in quo autor hortat̃ auditores ad iusticiam, sapientiamq; amplectẽdã. Sentite de domino: idest bene de illo sentite. Simplicitate. idest innocẽtia. Nõ tentant. i. quod possunt assequi ratione humana expectant a deo. Separant. quemadmodum & bonę cõiungunt. Probata virt9: scilicet a deo. Insipientes. idest p igno rantiam peccãtes. In maliuolam. idest mala appetentem. Spiritus disciplinę. idest autor sapientiae in discipulo. Effugiet fictum. idest qui non quaerit rem: sed apparẽtiam rei. Auferet se. ab effectu

viuorum & mortuorꝝ. Huic oĩes prophetae testimonium perhibent: remissionẽ peccatorum accipere per nomen eius: omnes qui credunt in eum. Adhuc loquẽte Petro verba haec; cecidit spiritus sanct9 super oẽs qui audiebant verbum. Et obstupuerũt ex circuncisione fideles; qui venerãt cũ Petro; quia & in nationes gr̃a spiritussancti effusa est. Audiebant enim illos loquẽtes linguis & magnificantes deum. Tunc respõdit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest; vt nõ baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt; sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine dñi nr̃i iesu xp̄i.

Feria tertia. Lectio Actuum Apostolorum. Capite. viij.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis q̃a recepit samaria verbum dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannẽ. Qui cum venissent; orauerũt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondum eñ in quẽquam illorꝝ venerat: sed baptizati tantũ erãt in nomine dñi Iesu. Tũc imponebant manus super illos: & accipiebant spiritum sanctum.

Feria. iiij. Lectio libri Sapiẽtiae. Cap. i.

In diebus illis. Dixit Salomõ filijs israel. Diligite iusticiam: qui iudicatis terram. Sẽtite de domino in benedictione: & in simplicitate cordis quaerite illum: quoniam inuenitur ab ijs qui non tentant illum: apparet aũt eis qui fidẽ habent in illũ. Peruersae enim cogitationes separant a deo; probata

alioqui est vbiq;. Sine intellectu. idest sine ratione. Et corripietur. idest pu nietur ab iniquitate. quia peccatum sequens: est pœna præcedentis. Spiritus sapientiæ. subaudi dator. Maledictum. i. hominem obstinatum in peccatis. A labijs suis. idest blasphemijs lingua perpetratis. Linguæ auditor. ergo multo magis operum spectator. Repleuit: quia vbiq; est. Continet omnia. habet per amorē intra se cōnexa. Scientiā vocis. quę est inter illius dona.

autem virtus corripit insipientes. Quoniā in maliuolam animam non introibit sapientia: nec habitabit in corpe subdito peccatoris. Spūs enī sanct⁹ disciplinę effugiet fictū: & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu; & corripientur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapiētiæ. & nō liberabit maledictum a labijs suis: quoniam regnum illi⁹ testis est deus: & cordis eius scrutator est verus: & linguæ illius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

Lectio Actuum apostolorum. Cap.v.

IN diebus illis. Per manus apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæteroꝝ autem nemo audebat se cōiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentiū in dño multitudo virorū ac mulierū: ita vt in plateis eijcerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis: vt viniēte Petro: saltem vmbra illius obumbraret quenq; illoꝝ: & liberarētur oēs ab omnibus infirmitatibus suis. Cōcurrebat aūt & multitudo vicinarū ciuitatū Ierusalē: afferentes ægros & vexatos ab spiritibus immūdis: q curabantur oēs.

¶ Lectio alia.

PEr manus apostolorum. Ex actib⁹ apostolorum. cap.v. In quo Lucas posuit Petri prædicationem propriam: & mira quę faciebat: nunc ponit omnium in comune tam prædicationem quam miracula. In plebe. quia principes & sacerdotes obstinatiores erant. In porticu salomōis. vbi erat maior hominum concursus. Coniungere illis. scilicet ficte timentes ananię pœnam. Magnificabat. propter mirabiles infirmorū curationes. Quæ autem sequuntur ex dictis manifesta sunt.

Feria.v. Lectio actuū aploꝝ. Cap.viij.

IN diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem Samariæ: prædicabat illis chri-

¶ Feria quinta sequenti.

PHilippus descēdēs. Ex actibus apostolorum. capite. viij. In quo Lucas posteaq; descripsit gesta Stephani diaconi. hic prosequitur facta Philippi apostoli. Ciuitatē Samariæ. quæ fuit metropolis decem tribuum israel: quia ibi erant semijudæi: quoniam partem legis acceperant: hoc est quinq; libros Mosi.

Intendebant. idest attente audiebāt: maxime videntes miracula quæ ab illo fiebant curando paralyticos. &c.

¶ Feria sexta sequēti.

APeriens Petr⁹ os suum. Ex actibus apostolorꝫ cap̄. ij. Sed hæc verba aperiens Petrus. ex superioribus sunt. Et ꝓbat Petrus ꝑ autoritates sacræ scripturę q̄d iesus quē iudæi crucifixerūt: est messias in lege promissus. Israelitę. iudæos alloquit̄ faciens illos attētos. Probatum in vobis. per miracula quæ in pręsentia vestra fecit. Per illum. i. per hominem christum. Definito consilio. idest certa quadam dei prædestinatione pro mundi salute. Doloribus inferni. quia nec ipse neq; patres senserunt dolores cū ad illos descendit. Ab eo. i. ab inferno. Dauid enim dicit psal. xv. Ne cōmouear. ne vlla ex parte perturber. Requiescet ī spe. scilicet resurgendi. Animā meam. in morte separatam a corpore. Sanctū tuum. i. corpus sine aīa.

¶ Sabbato in vigilia trinitatis.

EFfundam spiritū. Ex Ioele propheta cap̄. ij. in quo posteaq; propheta pędixit. populo bona temporalia: hic ꝓmittit bona spūalia: quod est completum in missione spiritus

stum. Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur vnanimiter audiētes; & videntes signa quæ faciebat. Multi eīn eorum qui habebant spiritus immundos: clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est enim gaudium magnum in illa ciuitate.

Feria. vi. Lectio Actuum apostolorum. Capite. ij.

IN dibus illis. Aperiens Petrus os suū dixit. Viri israelitæ audite verba hæc. Iesum nazarenum virum approbatū a deo in vobis virtutibus: & ꝓdigijs & signis: quę fecit per illum deus in medio vestri (sicut scitis) hunc definito consilio & præscientia dei traditum per manus iniquorum affigētes: interemistis. Quem deus suscitauit solutis dolorib⁹ inferni: iuxta q̄d impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid eīn dicit ī eū. Prouidebam dominum coram me semper: quoniam a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc lætatum est cor meum: & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me iucunditate cum facie tua.

Sabbato in vigilia pentecostes. Iohelis prophetæ. Cap̄. ij.

HAec dicit dominus deus. Effundā spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ. Senes vestri somnia somniabūt: & iuuenes vestri visiones videbūt. Sed & super seruos & ancillas in diebus illis effundam de spiritu meo: & dabo ꝓdigia in cœlo & in ter-

sancti. Super carnem. idest hominem. Filij. iuuenes & senes. omnem ætatem & sexum designat. Somnia. idest reuelationes in somnijs. Super seruos. modo sint baptizati. Et dabo. Hęc signa pręcedēt iudiciū vniuersale: & quod in sensu litterali sic debeat intelligi: testis est Petrus Actuum secundo. qui citat hæc verba prophetæ.

ra sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras: & luna in sanguinem; antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Etenim omnis quicunque inuocauerit nomen domini: saluus erit.

Lectio libri Leuitici. Cap. xxiij.

IN diebus illis. Loquutus est dominus ad Mosen: dicens. Loquere filijs israel: & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram: quam ego dabo vobis: & messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primicias messis vestræ ad sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram domino: vt acceptabilis sit pro nobis altero die sabbati; & sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primiciarū septem hebdomadas plenas; vsque ad alterū diem expletionis hebdomodę septimę: & sic offeretis sacrificiū nouum dn̄o: ex omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarum duos de duobus decimis similæ fermētatæ: quos eleuabit sacerdos corā dn̄o. Cūque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primicia rum coram domino: cędent in vsum eius. Et vocabitis hūc diem celeberrimum atque sanctissimum. Omne opus seruile nō facietis in eo. Legitimum sempiternū erit in cūctis habitaculis: & generationibus vestris. Dicit dominus omnipotens.

Lctō libri. Deuteronomij. Cap. xvi.

IN dieb9 illis. Dixit moyses ad filios israel. Septē hebdomadas nūerabis tibi ab ea

¶ Alia lectio.

LOquut9 est domi ad Mosen: dicens. Ex Leuitico. cap. xxiij. In quo agit̄ de oblatiōe primiciarū: quod erat in die festi quinquagesimæ. Manipulos spicarum. etiam si nondum fuerit metendi tempus. Libamenta offerentur. cum paucis quæ sequuntur: prætermittunt̄ vsque locum illum numerabitis ergo ab altero die sabbati: i quo celebrabatur pascha vsque ad septē hebdomadas integras: quibus conficiuntur quinquaginta dies. Sacrificium nouū. idest de frugibus. Decimis duab9. illæ autem decimę erant partes Ephi. sed amphibologia est an quilibet panis haberet duas decimas: an singuli singulas. In vsum eius. scilicet sacerdotis.

¶ Alia lectio.

DIxit Moses ad filios israel. Septem hebdomadas. Ex Deutero. cap. xvi. & est materia eadem cum præcedenti lectione. Septem hebdomadas. quę (vt supra diximus) cōficiunt dies quinquaginta: in quorum fine celebrabatur festum oblationis. In segetē. quando messuisti manipulos primiciarū: sed mirum est quod dicit cū

eo tempore nondum frumēta sint matura ad metendum. Epulabaris. & addit octo hominum genera: cum quibus epulaturus est. Quod fueris seruus: atq; proinde gratus: & memor libertatis adeptę. Solemnitatem tabernaculorum: quæ celebratur mēse septembri. & ita colligit q̄d hęc tria sunt festa illorū p̄cipua.

die qua falcem in segetem miseris; & celebrabis diem festum hebdomadarū domino deo tuo oblationem spōtaneam manus tuę; quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui; & epulaberis corā dn̄o deo tuo; & filius tuus: & filia tua; & seru⁹ tuus; & ancilla tua; & leuites qui est intra portas tuas; & aduena; ac pupillus ac vidua: qui morat̄ vobiscum in loco quem elegerit dominus deus tuus: vt habitet montes eius ibi. & recordaberis quoniam seruus fueris in ægypto: custodiesq; ac facies q̄ tibi pręcepta sunt. Solemnitatem quoq; tabernaculo⅁ celebrabis p septem dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas: & epulaberis in festiuitate tua: tu & filius tuus & filia: & seruus tuus: & ancilla tua: leuites quoq; & aduena: & pupillus ac vidua: & qui intra portas tuas sunt: septem diebus domino deo tuo festa celebrabis: in loco quem elegerit dominus. Benedicetq; dn̄s deus tuus cūctis frugib⁹ tuis: & in om̄i opere manuū tuarū: erisq; in lętitia dicit dn̄s ops.

Lectio alia.
Loquere filijs israel. Si in pręceptis. Ex Leuitico cap. xxvi In quo p̄mittit bona hebręis si p̄cepta sua seruauerint: & cōtra mala si neglexerit. Tēporib⁹ suis. q̄a intēpestiue poti⁹ nocēt: quā prosūt. Tritura vindemiā. q̄a messiū collectio prę m̄ltitudine & copia cōtinuabitur vindemię. Absq; pauore ab hostibus vestris. Pactū meū. quod pepigi cum Abraā. Vetustissima veterū. i. fruct⁹ anni p̄teriti pertingēs fruct⁹ futuri: itaq; noui excludēt veteres. Tabernaculū meū. i. ero & habitabo vobiscū: vt possitis me familiarit̄ consulere.

Lectio libri Leuitici. Cap. xxvi.

IN diebus illis. Dixit dominus ad Moysen. Loquere filijs israel. Si in præceptis meis ambulaueritis; & mandata mea custodieritis; & feceritis ea; dabo vobis pluuias temporibus suis: & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam: & vindemia occupabit semētem: & comedetis panē vr̄um in saturitate: & absq; pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis: & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias a vobis: & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros; & corruent corā vobis. Persequentur quinq; de vestris centū alienos: & cētum ex vobis decem millia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro

gladio. Respiciam vos & crescere faciam: multiplicabimini: & firmabo pactũ meum vobiscum. Et comedetis vetustissima veterum: & veterata nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum in medio vestri: & non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos: & ero vester deus; vosq; eritis populus meus. Dicit dñs op̄s.

Lectio Danielis prophetæ. Cap. iij.

IN diebus illis. Angelus domini descẽdit cum Azaria & socijs eius in fornacẽ; & excussit flãmã ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventũ roris flãtẽ. Flãma autem diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incẽdit quos repẽrit iuxta fornacem de chaldæis ministros regis qui eũ incendebant: & non tetigit eos omnino ignis nec cõtristauit: nec quicq; molestię intulit. Tũc hi tres q̄si ex vno ore laudabãt; & glorificabant: & benedicebant deum in fornace: dicẽtes. Benedictus es domine de9 patrum nostrorum: & laudabilis & gloriosus & super exaltatus in sæcula. & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum: & super exaltatum in omnibus sęculis. Bededictus es domine in templo sancto glorię tuę: & super laudabilis & supgl'iosus in secl'a. Bñdictus es i throno regni tui: & suplaudabilis & super exaltatus in sæcula. Benedictus es qui intueris abyssos: & sedes super cherubin; & laudabilis & superexaltatus in sæcula. Benedictus es in firmamento cœli: & laudabilis & gloriosus in sæcula. Benedicite omnia opera domini domino: benedicite cœli domino. Benedicite angeli domini domino: hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino; benedicite omnes virtutes domini domĩno. Benedicite sol & luna domino: hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicite stellæ cœli domino: bñdicite hymber & ros domino. Bñdicite omnis spiritus dei domino: hymnum dicite & super exaltate eũ in sęcula. Benedicite ignis & æstus dño; benedecite frigus & æstas dño.

¶ Lectio alia.

ANgel9 domini descendit. Ex Daniele ꝑpheta cap. iij. In quo ponitur liberatio trium puerorum ex fornace ignis & ipsorũ hymnus ex liberatione. Et socijs eius. s. Anania & misaele. Vno ore. spiritu sancto dictãte illis verba & verborum modulationem. Nomẽ glorię. scilicet tetragramaton. i. quattuor litterarũ. In tẽplo. ad humanitatẽ christi referri potest: in qua deus habitat. In throno. & hoc ad virginẽ deiparã. Abyssos. i. spiritus dãnatos & infides angelis. Firmamento. idest cœlo empyreo. Cætera patent ad finem vsq;.

Benedicite rores & pruina dño: hymnũ dicite & superexaltate eum in sęcula. Benedicite glacies & niues dño: benedicite noctes & dies domino. Benedicite tenebræ & lumen domino: hymnum dicite & super exaltate eum in sæcula. Benedicite frigus & ęstas domino: benedicite pruina & niues domino. Benedicite fulgura & nubes dño: hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicat terra dominum: benedicite montes & colles domino. Benedicite omnia nascentia terræ domino; hymnum dicite & super exaltate eũ in sæcula. Benedicite maria & flumina domino: benedicite fontes domino. Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis domino: hymnũ dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicite omes volucres cœli domino: benedicite bestiæ & vniuersa pecora domino. Benedicite filij hominum domino: hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicite israel domino: bñdicite sacerdotes domini dño. Benedicite serui domini domino; hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicite spiritus & animæ iustorũ domino. Benedicite sancti & humiles corde domino: hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. Benedicite Anania Azaria Misael dño: hymnũ dicite & super exaltate eum in sæcula.

¶Lectio alia.

Conuenit vniuersa ciuitas. Ex actib9 Apostolorum capite. xiij. In quo posteaquã posuit apostoli Pauli prædicationem factam in Anthiochiam pisidię. Hoc in loco ponit cõtradictionem principum synagogę aduersantiũ paulo. Vniuersa ciuitas. s. antiochensium. Repleti zelo. s. inuidiæ. & non amoris. Blasphemantes. idest maledicentes & detrahẽtes. Vobis primum. qa christus principaliter venit propter oues israel. Conuertimur ad gẽtes. quarum vocatione futura ẽ scriptura sacra. Præcepit dominus. cũ dixit.

Lectio Actuũ Apostolorũ. Cap. xiij.

In diebus illis. Conuenit vniuersa ciuitas audire verbum domini. Videntes autẽ turbas iudæi repleti sunt zelo: & contradicebant his: quæ a Paulo dicebãtur blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniã repellistis illud: & indignos vos iudicastis vitę ęternæ: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Posui te in lucem gentium vt sis in salutem vsq; ad extremũ terræ. Audientes autem gentes gauisi sunt: & glorificabant verbum domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitã æternam. Disseminabatur autem verbum dñi per vniuersam iudęam. Iudęi autem concitauerũt religiosas mulieres; & honestas: &

primos ciuitatis: & excitauerunt persecutionem in Paulũ & Barnabam: & eiecerũt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerunt iconiũ. Discipuli autem replebantur gaudio & spiritu sancto.

Dominica in trinitate.

Apocalyp. Cap. iiij.

IN diebus illis. Vidi ostium apertũ in cœlo; & vox prima quã audiui tanq̃ tubę loquẽtis mecũ dicẽs. Ascẽde huc: & ostẽdã tibi q̃ oportet fieri cito. Post hæc statim fui in spũ: & ecce sedes posita erat in cœlo: & supra sedẽ sedẽs: & q sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis. & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinę. & in circuitu sedis sedilia viginti quattuor: & supra thronos viginti quattuor seniores sedẽtes circũamicti vestimẽtis albis: & in capitib⁹ eoꝝ coronas aureas. & de throno ꝓcedebãt fulgura; & voces & tonitrua. & septẽ lãpades ardẽtes ante thronũ: q̃ sunt septem spũs dei. & in cõspectu sedis tanq̃ mare vitreũ simile crystallo. & in medio sedis & ĩ circuitu sedis q̃ttuor aĩalia plena oculis ante & retro. & animal primum simile leoni: & scd̃m aĩal simile vitulo: & tertiũ aĩal habens faciẽ quasi hoĩs: & quartũ aĩal simile aquilę volãti. & quattuor animalia: & singl'a eoꝝ habebãt alas senas: & in circuitu & int⁹ plena sunt oculis. & requiẽ nõ habebãt die ac nocte: dicẽtia. Sctũs. Sctũs. Sctũs. Dñs deus omp̃s: qui erat: & q est: & q venturus est. & cũ darent illa animalia gloriã: & honorẽ: & benedictionẽ sedẽti super thronũ viuẽti in sæcula sęcloꝝ: procidebãt viginti quattuor seniores ante sedem in throno: & adorabãt viuentem in sæcula sęculorum. Amen.

eritis mihi testes in Ierusalem. In lucem gẽtium. Esaię. xlix. Gauisi sunt. scilicet de sua conuersione & salute. Præordinati. idest a deo p̃destinati. Excusso puluere. sicut dixerat saluator. Matth. x. Venerunt iconium. quæ est ciuitas.

¶ Dñica in trinitate.

VIdi ostium apertũ i cœlo. Ex apocalypsi. cap. iiij. In quo ponitur reuelatio facta Ioanni: ĩs de rebus quæ pertinent ad fidem ecclię vniuersalem. & primo describitur dei maiestas reuelãtis. Vox quã audiui. hęc vox erat angeli. Quæ oportet fieri. ex dei ordinatiõe. Iaspidis & sardinis. lapilli sunt preciosi. Iris. arcus cœlestis. Smaragdinę. q est vnus ex coloribus iridis. Viginti quattuor seniores. tale consortium ad maiestatem pręsidentis pertinet. De throno. scilicet dei. Septem lampades. & quid per illas intelligatur: ipse subdit quod sunt septem spiritus sancti dona. Mare vitreum. per quod significatur sacramentum baptismi. Quattuor animalia. per quæ intelligũtur quattuor euangelistæ. Alas senas. idest quodlibet animal alas sex. Qui erat. per hoc desigñatur dei æternitas. Procidebant. scilicet adorantes deum viuentem in sæcula sæculorũ. idest in vitã æternam.

¶ Feria iiij. sequenti.

RESpondens autem Petrus. Ex actib9 apostolorum capite. v. In quo posteaq̄ Lucas posuit icrepationem apostolorū: qui dicebantur concitare plebem inducendo nouam doctrinam. hic ponit responsum Petri & apostolorum. Exaltauit. per resurrectionem. & ad coelum ascensionem. Poenitentiam. idest tēpus poenitendi. Sumus testes. quia interfuimus. Dissecabātur. idest fremebāt Honorabilis. idest qui habebatur ab omnibus honori. Ad breue. scilicet tempus. vt in apostolorum absentia loqueretur. Theodas. cuius rei etiam Iosephus meminit. Esse aliquem. idest magnum Persius sese aliquem credens. Occisus est. a Fudo (scilicet) Syriæ pręside. Iudas Galileus. alterum exemplum ad hoc inducit. In dieb9 professiōis. quib9 q̄sq̄ ibat in ciuitatem suam: vt ibi profiteretur nomen suum & familiæ. Et nunc applicat hæc exēpla ad negocium pręsens hoc. Cōsilium hoc. idest doctrina. Dissoluetur. sicut horū quos dixit. Consenserunt illi. scilicet Gamalieli. Cęsis. idest verberatis apostolis: puta pugnis & alapis. Gaudentes. tametsi vulnerati.

Feria quarta Actuum Apostolurum. Capite. v.

IN dieb9 illis. Respondēs autem Petrus & apostoli: dixerunt ad plebem. Obedire oportet deo; magis q̄ hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit iesum; quem vos interemistis; suspēdētes in ligno. Hūc principem; & saluatorē deus exaltauit dextera sua ad dandam poenitentiam israel & remissionem peccatorum. & nos sumus testes horum verborum; & spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obediētib9 sibi. Hæc cum audissent dissecabantur: & cogitabant interficere illos. Surgens autem quidam in concilio phariseus nomine Gamaliel legisdoctor honorabilis vniuersę plebi: iussit foras ad breue hominēs fieri. Dixitq̄ ad illos. Viri israelite attendite vobis super omnib9 istis: quid acturi sitis. Ante hos enī dies extitit Theodas dicens se aliquem esse. Cui cōsensit numerus virorum circiter quadringentorū: qui occisus est; & omnes qui credebāt ei: dissipati sunt: & redacti ad nihilum. Post hūc extitit iudas galileus in dieb9 professionis; & auertit populum post se; & ipse perijt: & omnes quotquot consenserūt ei: dispersi sunt; & nunc itaq̄ dico vobis: discedite ab omnibus istis: & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus cōsiliū hoc; aut opus: dissoluetur. Si vero ex deo est: nō poteritis dissoluere: ne forte & deo repugnare videamini. Consenserunt autem illi: & conuocantes apostolos: cęsis denunciauerūt ne omnino loquerentur in nomine Iesu: & dimiserunt eos. & illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati.

Omni autem die non cessabant in templo; & circa domos docentes, & euangelizantes iesum christum.

Infesto corporis christi Ad Corinthios.i. Capite.xi.

FRatres. Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens; fregit, & dixit. Accipite, & mãducate. Hoc est corp9 meũ; quod ꝑ vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemoratione. Similiter & calicẽ postq̃ cœnauit; dicens. Hic calix nouum testamẽtum est in meo sanguine. Hoc facite; quotienscũq; biberitis in meam commemorationem. Quotienscũq; enim manducabitis panem hunc: & calicem bibetis; mortẽ domini annunciabitis: donec veniat. Itaq; quicunq; manducauerit panem; & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim manducat: & bibit indigne; iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus domini.

Dominica prima post festum Trinitatis. Ioannis primo. Cap.iiij.

CHarissimi. De9 charitas est. In hoc apparuit charitas dei ĩ nobis: q̃m filiũ suũ vnigenitum misit deus in mundum; vt viuamus per eum. In hoc est charitas: nõ quasi nos dilexerimus deum; sed quoniam ipse prior dilexit nos: & misit filiũ suũ propiciatorẽ pro peccatis nostris. Charissimi: si dilexit nos deus: & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnq̃. Si diligimus inuicem: deus in nobis manet: & cha-

¶In festo corporis christi.

EGo enĩ accepi a domino. Ex prima epistola Pauli ad Corinthios cap.xi. In quo apostolus ostendit hui9 sacramenti dignitatem. A domino. scilicet. domino reuelante. Iesus. a quo est sacramentorum institutio. Tradebatur a iuda proditore. Fregit. nõ ante consecrationẽ. itaq; per prolepsim hoc dicit. Hoc est corpus meum. verba sunt consecrationis. nouum testamentũ. in quo promittũtur bona spiritualia sicut in veteri temporalia. Annunciabitis. repñsentando ipsam per hoc sacramentũ. Donec veniat. ad iudiciũ vltimũ. Itaq;. hortatur. ad hoc sacramentum digne accipiendum. Reus erit. idest punietur: ac si christum occiderit. Probet se. idest cõscientiam suam examinet. Et sic. scilicet digne accipiendo. Non diiudicans. idest discernens ab aliis cibis.

Dominica prima post Trinitatẽ.

DEus charitas est. Ex epistola Ioannis prima. capite quarto. In quo apostolus hortatur fideles ad charitatem proximi: dicens: quia qui fratrem diligit: est ex deo: & dei filius: & qui non diligit. & cętera.

In hoc dei exemplo idē facit: qui nos dilexit. Viuamus per eum. vita gratiæ. Propiciationē. quia sic fecit nos deo amicos ex inimicis per peccatū. Nemo vidit. nihilomin9 tamē in nobis habitat. Vidimus. humanitatem christi oculis corporalibus. Deus in eo manet. s. per gratiā. In die iudicij. quia hæc dilectio dat nobis securitatem. Sicut ille est benefaciens in cœlo iustis & iniustis: ita & nos debemus facere amādo bonos & malos amicos & iimicos. alia patēt.

¶ Feria quarta sequenti.

NOn regnet peccatu. Ex eplā Pauli ad Romanos capite. vi. In quo induxit fideles ad dimittendum peccatum: hic ostēdit dimittendi modū. Vt obediatis. quia q est subdit9 peccato trahitur ab appetitu irrationali. Membra vestra. quæ sunt instrumenta bene aut male operandi. Arma iusticiæ. idest bonorum operum instrumenta. Non dominabitur. idest fomes inclinans ad peccandum. Sub lege mosaica. quæ gratiam non conferebat. Peccauimus. quasi dicat: non peccauim9. An nescitis. quasi dicat: scire debetis. Siue peccati. quia qui facit peccatū seruus est peccati. In formam doctrinę. s. catholicæ per christum & apostolis diuulgatę.

ritas ei9 in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus: quoniam in eo manemus & ipse in nobis: quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis; & nos vidimus & testificamur; quoniam pater misit filium suum saluatorē mūdi. Quisquis confessus fuerit: quoniam Iesus est filius dei; deus in eo manet: & ipse in deo. Et nos cognouimus & credimus charitati: quam habet deus in nobis. Deus charitas est: & q manet in charitate: in deo manet: & deus in eo. In hoc enim perfecta est charitas dei nobiscum: vt fiduciam habeamus in die iudicij; quia sicut ille est: & nos sumus in hoc mundo. Timor nō est in charitate; sed pfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet: nō est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: quoniam diligo deum; & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suū quem videt: deum quem nō videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo; vt qui diligit deum; diligat & fratrem suum.

Feria quarta beati Pauli
Ad Romanos. Cap. vi.

FRatres. Nō regnet peccatū in vestro mortali corpore: vt obediatis concupicētijs eius; sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete vos deo tāq; ex mortuis viuētes: & mēbra vestra arma iusticiæ deo. Peccatū enim vobis nō dominabitur. Nō eñi sub lege estis: sed sub gratia. Quid ergo? Peccauimus: quoniam non sumus sub lege; sed sub gratia? Absit. An nescitis: quoniam cui exhibe

tis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obedistis; siue peccati ad mortē: siue obeditionis ad iusticiam? Gratias autem deo; quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ; in quam traditi estis. Liberati autem a peccato; serui autē facti estis iusticię. Per iesum christum dominum nostrum.

Feria sexta Beati Pauli ad Ephesios. Capite primo.

FRatres. Nō cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciēs in orationibus meis; vt deus pater domini nostri Iesu christi pater glorię det vobis spiritum sapientię/ & reuelationis in agnitionē eius; illuminatos habere oculos cordis vestri; vt sciatis quæ sit spes vocationis eius: & quæ diuitiæ glorię hæreditatis eius in sanctis: & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ei9 in nos; qui credimus secundū operationem potentię virtutis eius; quam operatus est in christo: suscitās illum a mortuis; & cōstituens eum ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum; & potestatem; & virtutem; & dominationem; & om̄e nomem quod nominatur; non solum in hoc sæculo: sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam: quæ est corpus eius / & plenitudo eius; qui omnia in omnibus adimpletur.

Dominica secunda beati Ioannis apostoli. i. Capite. iij.

CHarissimi. Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam trans-

¶ Feria. vi. sequenti.

NOn cesso gratias. Ex epistola Pauli ad Ephesios. capite primo. vbi posteaquā pręmisit salutationē in principio epistolarū dici solitā: agit deo gr̄as de illorum conuersione ad fidem & mutua charitate. In agnitionem eius. i. vt illum cognoscatis. Quæ sit spes. idest credentes quid sperare debeant. Quę diuitiæ. vnde nobis det præmia. In nos. ad nobis benefaciēdum. In christo. idest per christum. Omne nomē. vltra quattuor ordines spirituum, quos nominauit: vsque ad vltimam hierarchiam. Sub pedibus eius: cum data est illi omnis potestas in cœlo & in terra. Matthei vltimo. Super ecclesiam. tam militantem quam triumphantem. Corpus ipsi9. scilicet mysticum. Qui omnia: ordo est. Plenitudo ei9 adimpletur: idest perficitur per eum: qui omnia in omnibus operatur. idest per christū.

¶ Dominica secūda post trinitatē.

NOlite mirari si odit vos mundus. Ex epistola Ioannis. i. capite. iij. In quo posteaquam induxit fideles ad charitatem: nunc deterret illos ab odio. Si odit vos. quia opera mū

mundi maligna sunt & sine charitate. De morte ad vitam. & hoc per charitatem. In morte. idest in peccato. Homicida est. sui & alteri9 quem odit. Vitam. quæ confertur per gratiam. Cognouimus. per experientiam. Pro fratribus. s. corporalem pro spirituali illorum. Qui habuerit. duos ponit cas9: in q̊ eleemosyna de necessitate faciēda est: quod si non fecerit: non erit in eo charitas.

¶ Feria. iiij. sequenti. Mortificate membra vr̄a. Ex epistola pauli ad Colossenses. cap̄. iij. In quo apostolus inducit colossenses ad conseruandam vitæ sanctimoniam per fugam vitiorum. Super terram. idest quę sunt ad pręsentē vitam pertinentia. Idolorum seruitus. quia auarus magis colit pecuniam q̄ deum. Propter quæ. scilicet vitia superiora. Ira dei. idest vindicta. Incredulitatis. i. qui non credunt credenda. Vos ambulastis. ante conuersionem. Nunc deponite. scilicet vitia spiritualia. Mentiri inuicē. decipientes vos. Veterē hominem. idest vitia illa gentilitatis vestræ ante conuersionem. Nouum hominem. qui est renouat9 per baptismum & dei cognitionem. Imaginem ei9. idest partem rationalem, quę est dei imago. nā irrationalis similis est bestijs. Mascul9 & fœmina. quæ non est distinctio ex parte mentis: sed corporis. In omnib9 christus. sine distinctiōe sexus & nationis.

latisumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida: non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei; quoniam ille pro nobis animam suam posuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substātiam huius mundi: & viderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo tantum nec lingua: sed opere & veritate.

Fr̄a. iiij. Beati Pauli ad Colossen̄. Cap̄. iij.

FRatres. Mortificate membra vestra quæ sunt super terrā; fornicationē immūdiciā; libidinē; concupiscientiā malā; & auariciā: quæ est simulachrorū seruit9. Propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis: in quib9 & vos ambulastis aliqñ cū vixeritis in illis. Nunc autem deponite & vos oīa: irā: indignationem; maliciā: blasphemiā: turpē sermonē de ore vestro. Nolite mentiri inuicē: expoliantes vos veterē hominē cū actibus suis; & induentes nouum eū; qui renouat̄ in agnitionē dei secundum imaginem eius qui creauit eum: vbi nō est masculus & fœmina: gētilis & iudæus: circūcisio & p̄putium: barbarus & scyta: seru9 & liber. Sed oīa & in omnibus christus.

Feria sexta Beati Ioannis apostoli. i. Capite. i.

¶Feria sexta sequenti.

HAec est annūciatio. Ex epistola.i.Ioānis capite primo. In quo posito pœmio accedit ad institutionem fidelium, ijs de rebus quæ maxime ad fidem pertinent. Annunciatio. idest euangelium. Audiuimus ab eo. scilicet a verbo incarnato. Lux est. Ioannis.ix. Ego sum lux mūdi. In tenebris. scilicet culpę & ignorantiæ. Mētimur. scilicet verbo. Veritatem nō facimus. scilicet opere. nam veritas etiam in operibus est. Ethicorum. iiij. In luce ambulamus. iuste viuendo. Societatem habem9. scilicet in charitate viuētes. Emundat nos. per sacramēta. Seducim9 nos. qa nō sumus in societate cum deo. Confiteamur. scilicet nos esse peccatores. Peccauim9. in pręterito. Mendacem eum fecimus. quia sępe in scriptura dicit: quod nemo immunis est a culpa.

CHarissimi. Hęc est annūciatio; quā audiuimus ab eo: & annunciamus vobis; quoniam deus lux est: & tenebræ in eo non sunt vllæ. si dixerimus quoniā societatem habemus cum eo: & in tenebris ambulamus: mentimur: & non facimus veritatē. Si autem in luce ambulam9: sicut & ipse est in luce; societatem habemus ad inuicem: & sanguis Iesu filij eius emundat nos ab ōni peccato. Si dixerimus: quoniā peccatū non habemus; ipsi nos seducimus: & veritas in nobis nō est. Si cōfiteamur peccata nostra; fidelis est & iustus; vt remittat nobis peccata nr̄a: & emundet nos ab ōmi iniquitate. Si dixerimus; quoniam non peccauimus: mēdacem facimus eum: & verbum eius in nobis non est.

¶Dominica tertia post trinitatem.

HVmiliamini sub potēti manu dei. Ex epistola Petri.i.cap.v. In quo post eaquā instituit seniores: hic instituit iuniores. s. maxime ad humilitatem & obedientiam. Omnē solicitudinem. nō quod sint negligētes: sed quod a deo sit omne bonū putātes. Sobrij. in victu & vestitu. Circuit. parans vobis insidias in quas incidatis. In fide. charitate informata. Et fraternitati. i. fratribus vestris qui sunt p̄ oēm mundū dispsi: q eadē patiunt. Omnis grę. s. largitor. In modicum passos. quia pœna temporalis breuis est.

Dominica tertia Beati Petri Apostoli.i. Capite.v

CHarissimi. Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnē solicitudinē vestrā projcientes in eum: qm ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit quęrens quē deuoret; cui resistite fortes in fide; scientes eandē passionem ei quę in mundo est vestræ fraternitati. Deus autem omnis gratię: qui vocauit nos in æternam suā gloriam in christo Iesu modicū passos: ipse perficiet: confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum.

¶ Feria quarta sequenti.

OMne quodcunq; facitis. Ex epistola Pauli ad Colossẽses. capite tertio. in quo loco apostolus induxit ad perfectionem operis. In nomine christi. omnia in eius gloriam referentes. Patri per ipsum. quia mediator est inter nos & deum in omnibus. In domino. idest in licitis & honestis(nam in turpibus non licet.) Amari esse. i. duri & difficiles. Obedite parentibus. quos debere honorari etiam in pręceptis legalibus tradidit. Vt non pusillo animo fiant. siue fugam arripientes: siue non potentes vobis obtemperare propter sęuiciam vestrã. Ad oculum. i. nõ tantũ in pręsentia: sed etiam in absentia. Placentes. idest vt illis placeant. Timentes dominum. idest placentes deo & non hominibus. Ex animo. idest voluntarie & nõ coacti.

Feria quarta. Beati Pauli ad Colossenses. Capite. iij.

FRatres. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini iesu christi facite: gratias agẽtes deo & patri per ipsum. Mulieres subditę estote viris: sicut oportet in domino. Viri diligite vxores vestras: & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parẽtib⁹ per omnia; hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationẽ prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. Serui obedite per om̃ia dominis carnalibus: non ad oculum seruientes: quasi omnibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcunq; facitis: ex animo operamini: sicut domino & non hominibus: scientes q a domino accipietis retributionẽ hęreditatis. Per iesum christum dominum nostrum.

¶ Feria. vi. sequẽti.

REportantes finem fidei. Ex epistola Petri. i. cap. i. Pẽdet autem lectio ex superioribus (nã dixerat in quem nunc quoq; videntes creditis.) Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata. tunc sequitur reportantes finem fidei. scilicet salutem animarum. In quod vel quale. scilicet salus illa per christũ esset ventura. Passiones & glorias. vt Esaiæ. capite. liij. Non sibimetipsis. scilicet prophetis. Vobis. prænunciando quæ vestris temporibus erãt futura. Spiritusancto. in die pentecostes.

Feria sexta. Beati Petri apostoli. prima. Capite. i.

CHarissimi. Reportantes finem fidei vestræ salutem animarum. De qua salute exquesierũt: atq; scrutati sunt prophetæ; qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus christi: prænuncians eas; quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est: quia non sibimet ipsis. Vobis autem mistrabant ea: quæ nunc nunciata sunt

In quem.scilicet spiritum sanctũ cum trinitate. Propter quod. idest. quia estis filij dei per adoptionẽ. Succincti lumbos.idest casto corpore & mẽte. In reuelationem.idest per reuelationem. Configurati.idest conformati. Secundum eum.scilicet deum. Scriptum est. Leuitici.xix. Et si patrẽ inuocatis.i. quia inuocatis. Incolatus vestri.idest vitę & alludit ad illud psalmistæ. Incolatus meus pro longatus est.

vobis per eos:qui euangelizauerunt vobis spiritu sancto misso de coelo:in quem desiderãt angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij;perfecti;sperate in eam quæ offertur vobis gratiã in reuelationẽ Iesu christi: quasi filij obedientiæ:non configurati prioribus ignorãtiæ vestræ desiderijs: sed secundũ eum qui vocauit vos sanctũ: vt & ipsi sancti in omni cõuersatione sancti sitis. Quoniam scriptũ est. Sancti eritis; quoniam ego sanctus sum. Et si patrẽ inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusq; opus: in timore incolatus vestri tẽpore conuersamini.

Dominica.iiij. Beati Pauli ad Romanos. Cap.viij.

FRatres. Existimo enim q̃ non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam:quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationẽ filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens: sed ꝓpter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorũ dei. Scimus eñ q̃ oĩs creatura ingemiscit:& parturit vsq; adhuc. non solum autem illa: sed & nos ipsi primicias spiritus habentes:& ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei;expectantes redemptionem corporis nostri In iesu christo domino nostro.

¶ Dominica quarta post trinitatem.

EXistimo enim q̃d non sint. Ex epistola ad Romanos capite.viij.dixit i superioribus: q̃d per adhęsionẽ ad christum:consequimur vitã æternam.nunc qualis illa sit vita ostendit:& quantum hac prę stat. Cõdigne.i.ęquales. Huius temporis.i. vitæ temporalis. Spectatio creaturæ.idest hominis. Reuelationem.idest beatitudinem.& hoc per patientiam laborum. Vanitati.i. morti & passionibus. Non volens. quasi dicat, velit nolit: & hoc ꝑ peccatũ Adã. Propter eum qui. idest deum patientes. In spe.scilicet resurrectionis. A seruitute.idest a mortalitate. Ingemiscit. est in cõtinuo dolore. & parturit. i.labore solui desiderat. Vsq; ad huc. idest in hac vita. Nos ipsi.s. apostoli qui primi spiritum sanctum accepimus. Gemimus. scilicet in tribulationib9. Expectãtes adoptionem. idest prẽmiũ adoptionis nostræ in filios dei. Et redẽptionẽ. idest liberationem a corruptione.

¶ Feria.iiij.sequenti.

Sicut per vnius delictum. Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. v. In quo apostolus comparat peccatum ad donum christi. Et primo quantum ad peccatum Adam. deinde quantum ad peccatum in lege. Vnius delictum. scilicet primi parentis. Per vnius iusticiam. i. christi. Inobedientiam vnius. qui non obediuit deo: & preuaricatus est. Obeditionem vni9. idest christi: qui fact9 est obediens patri vsq3 ad mortem. Subintrauit. i. successit. vt abundaret delictum. quia ante legem licebat hoc, vel alio modo agere. sed post legem nõ licet sine peccato trãsgredi. Supabundabit & gratia. per christum. Cetera patent.

¶ Feria. vi. sequenti.

Patientes estote. Ex epistola Iacobi apostoli. cap. v. In quo iustos consolatur: ne in tribulationib9 deficiãt. Ad aduentum domini. cum accipietis laborum vestrorum mercedem. Ecce agricola. exẽplo agricole expectãdum esse dicit. Tẽporaneum. i. suo tẽpore. Et serotinuũ. i. postea prouenientem. Appropinquabit. idest prope est merces vestra. Ingemiscere i alterutrũ. scilicet videntes alterius labores. Non iudicemini. idest condemnemini impatientiæ. Iudex assistit. idest prope est christus qui vos liberabit. Exemplum accipite. scilicet prophetas. Exitus mali. idest mortis quæ non est malum culpe: sed pœne. Lõganimitatis. i. spei. Beatificamus eos. idest beatos dicimus. Finẽ dñi. quia & ipse mortem subijt.

Feria. iiij. beati Pauli. ad Rom̃. Cap̃. v.

FRatres. Sicut p vnius delictũ mors in oẽs hoies in condemnationem; sic & per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationem vite. Sicut eñ per inobediẽtiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obeditionem iusti constituentur multi. Lex autem subintrauit vt abũdaret delictũ. Vbi autem abũdabit delictum; superabundabit & gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iusticiam in vitam eternam Per Iesum christũ dominũ nostrum.

Feria sexta beati Iacobi apostoli. Capite. v.

CHarissimi. Patientes estote vsq3 ad aduentum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre: patienter ferens: donec accipiat temporaneũ & serotinũ. Patiẽtes igit̃ estote: & vos cõfirmate corda vestra: quia aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum; vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis; & laboris: & patientiæ prophetas: qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerumt. Sufferentiam Iob audistis & finem dñi vidistis. Quoniam misericors est deus & miserator.

Dominica quinta beati Petri Apostoli. Capite. iij.

¶ Dominica quinta post Trinitatem.

OMnes vnanimes in oratione. Ex epistola Petri prima. capite. iij. In quo apostolus informat fideles ordinando eos ad proximum. Illud vero quod dicit in oratione in clausula superiori est: vbi dicitur: vt non impediantur orationes vestrę. Compatientes. scilicet inuicem alter alterum. In hoc. i. ad hoc: vt benedicatis: etiam maledicētibus vobis. Qui enim vult. Hoc sumptū est ex psal. xxxiij. Oculi super iustos. respiciens eos fauorabiliter. Aures eius. sup. parate ad audiēdum. Vult⁹ domini. scilicet iratus ad illorū punitionē. Aemulatores boni. idest virtutis & bonitatis. Beati. s. eritis. Timorem eorum. idest terrorem quo vos tentant a bono depellere. Cōturbemini. impatienter aduersa sustinendo. Sanctificate dn̄m. i. firmate.

CHarissimi. Omnes vnanimes in oratiōe estote cōpatiētes: cōfraternitatis amatores; misericordes; modesti; humiles. Non reddētes malum pro malo; nec maledictum pro maledicto; sed econtrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. Qui em̄ vult vitam diligere; & videre dies bonos: coerceat linguā suā a malo: & labia eius ne loquanť dolū. Declinet autem a malo: & faciat bonum; inquirat pacē; & sequatur eā; quia oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super faciētes mala: & qs est q vobis noceat si boni ęmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iusticiā: beati. Timorem autem eorum ne timueritis: vt non conturbemini. Dominum autem christum sanctificate in cordibus vestris.

Feria iiij. beati Pauli ad Romanos. Capite. iij. & iiij.

FRatres. Arbitramur em̄ iustificari hominem per fidē sine operib⁹ legis? An iudęorū deus tantum? Nōne & gentium? Immo & gentiū. Qm̄ quidē vnus est deus qui iustificat circuncisionem ex fide: & praepucium per fidem. Legem ergo destruim⁹ per fidē? Absit. Sed legē statuimus. Quid ergo dicimus inuenisse Abraā patrē nr̄m secundū carnem? Si enim Abraā ex operibus legis iustificatus est: habet gloriā; sed non apud deū. Quid enim scriptura dicit?

¶ Feria. iiij. sequenti.

ARbitramur enim iustificari. Ex epistola Pauli ad Romanos cap̄. iij. & iiij. In quibus comparat legem veterem legi euangelicę. Arbitramur. &c̄. quasi dicat: non: quia fides sine operibus mortua est. Deus tantū. quia est etiā gentium. Deus est. scilicet iudaeorū & gentiliū. Circuncisionem. idest iudaeos. Preputium. idest gentiles: & vtrosq3 per fidem christi venturi: aut qui iā venit. Legem statuimus. i. confirmamus veterē per nouā. Patrem nr̄m. a quo ꝑ carnē iudęi descendebāt. Habet gloriā. s. apud hoīes. qd̄ obediuit deo. Et q opatur. quia illud quod cōcedit

alicui sicut merces operis traditur per modum debiti: vita autem æterna conceditur per viam gratiæ. igitur non propter legis opera. Qui non operatur. idest legis opera non facit. ¶ Feria sexta sequenti.

ACcedam ad vos in iudicio. Ex Malachia propheta capite. iij. In quo propheta ponit christi aduentum in iudicium finale. Testis velox. quia breui tēpore terminabit. & de quibus sit prolaturus sententiam subdit: quia de ijs, q̄ sunt capitaliora. Mittam Heliam. hoc ex capite sequēti sumptum est. qui ante domini aduentum ad hoc in vita reseruatus predicabit contra antichristum. Corda patrū ad filios. idest incredulos reducent ad fidem parentum fidelium. Ne forte veniam. immo sine forte. quod est frequens in sacris litteris. aut dicit hoc propter temporis incertitudinem. Anathemate. idest æterna separatione. quia vltra nō inhabitabitur.

¶ Dominica sexta post trinitatem.

QVicunq; baptizati sumus. Ex ep̄la Pauli ad romanos. cap. vi. Quia dixit paulo ante: quod vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. diceret quispiā ergo perstandum est in peccatis. hūc apostolus errorem remouet: dicens. Quicūq; baptizati. &c. In morte ipsius. ex qua baptismus habet efficatiā. Cōsepulti. sed ille surrexit ad vitam. & nobis surgēdum est a peccatis ad vitę renouationem. Complantati ex mala terra in bonam. Vet⁹ homo no-

Credidit Abraam deo: & reputatum est illi ad iusticiam. Ei autem qui operatur: non imputatur secundum gratiam; sed secundū debitum. Ei autem qui non operatur; credenti autem in eum qui iustificat impium; reputatur fides eius ad iusticiam.

Feria sexta. Lectio Malachię prophetæ. Capite. iij.

HAec dicit dominus deus. Accedam ad vos in iudicio: & ero testis velox; maleficis & adulteris & periuris; & qui calūniantur mercedem mercenarij: & humiliant viduas & pupillos; & colaphizant capita populorum: & opprimūt peregrinos; nec timuerūt me: dicit dominus exercituū. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetā anteq̄ veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet corda patrum ad filios; & cor filiorum ad patres eorū; ne forte veniam: & percutiam terram anathemate.

Dominica. vi. beati Pauli ad Romanos. Capite. vi.

FRatres. Quicunq; baptizati sum⁹ in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo christus resurrexit a mortuis per gloriā patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudine mortis ei⁹: simul & resurrectionis erimus. Hoc sciētes: quia vetus homo noster simul crucifix⁹ est; vt destruatur corpus peccati;

ster. qui per baptismū surrexit in nouum hominem. Crucifixus est. idest mortuus vnde surgat nouus. Mortuus est. scilicet peccato. Iustificat9 est: scilicet per baptismum. Mortuus est peccato. idest propter peccatum delendum. Semel. quia mors illa fuit sufficiens ad delenda omnium peccata. Ita & vos. similitudinem applicat.

vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. Si aūt mortui sumus cum christo: credimus: quia etiam simul viuem9 cū illo. Scientes ꝙ christus resurgens a mortuis iam non moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Quod enī mortu9 est pctō: mortuus est semel. Quod autem viuit; viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato. viuentes autem deo In christo Iesu dn̄o nostro.

Feria quarta Pauli ad Hebręos. Capite. xij. &. xiij.

FRatres. Habemus gratiam per quam seruiamus placentes deo: cum metu & reuerentia. Et enim deus noster ignis consumens est. Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanꝙ simul vincti: & laborantium tanꝙ & ipsi in corpore morantes. honorabile cōnubium omnibus: & torus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: cōtenti p̄sentibus. Ipse enim dixit; non te deseram: nec derelinquam: ita vt cōfidenter dicamus. Dn̄s mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote prępositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei. Quorū intuentes exitum; conuersationis imitamini fidem. Iesus christus heri & hodie ipse & in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Feria. iiij. sequenti.

HAbemus gratiā. Ex epistola Pauli ad Hebræos cap̄. xij. &. xiij. & pendet lectio ex sup̄ioribus. itaꝗ regnum immobile suscipientes. subdit per quid possimus illud acquirere: dicens. Habemus gratiam. idest facile habere possumus. Metu & reuerentia. quæ sunt religionis instrumēta. Ignis cōsumens. s. malos, purgās vero bonos. Charitas fraternitatis. idest amor fraternus. & tangit tria in quibus debet ostendi charitas vera. quorū primum est, hospitalitas. Angelis hospitio rece. vt Abraam & Loth. Genesis. xviij. &. xix. Mementote vinctorū. idest eorum qui sunt in catenis vincti, quod est secūdum. Et laborātium. scilicet ī paupertate. quod est tertium. In corpore morantes: quia indigentia vestri corporis debet vos mouere de indigentia aliorum. Honorabile cōnubium. quoniam est libidinis repressiuū. Torus immaculatus. i. legitimus. Ipse enim dixit Iosue primo. Domin9 mihi adiutor. ex psal. Prępositorū. idest pręlatorum.

¶ Feria. vi. sequenti.

HAec scribo vobis. Ex epistola .i. Ioānis cap. ij. In quo ex prędictis in capite superiori infert intētum. Si quis peccauerit. ex humana fragilitate. Iustum. idest qui pro vere pœnitentib9 interpellat. Propiciatio. nam seipsum obtulit pro nostra expiatione. In hoc scimus. scilicet per experientiam. Se nosse deum. argumentum est a contrario. In hoc scimus. i. per experiētiam cognoscimus. Et ipse ambulare. scilicet imitando illū. Mandatum nouum. scilicet antiquum: tam ex lege naturali, q̄ ex lege diuina in quibus iubemur proximos diligere sicut nosmetipsos. Mādatum nouum. idest in lege euāgelica renouatū. Quod est verum. idest verificatum. In ipo: idest in christo: qui passus est pro nobis. Et in vobis. quia dixit mandatum nouū do vobis. &c̄.

¶ Dominica septima post trinitatem.

HVmanū dico propter infirmitatē. Ex epistola Pauli ad Romanos. Capite. v. In quo posteaq̄ induxit romanos ad peccata dimittenda: nunc inducit illos ad bene viuendum. & primo ex operis facilitate: & quia paulo ante dixerat: liberati a peccato serui facti estis iusticiæ: nunc infert dicens. Humanum dico. i. nihil difficile pręcipio: sed rationi cōsonum. & quod ab homīs fragilitate pręstari potest. quod ꝓbat e diuerso. quia quemadmodum actiones vitiosę sunt in potestate nostra: & ille quę per virtutem. Ita nunc. post conuersio

Feria sexta Beati Ioannis apostoli. i. Capite. ij.

CHarissimi. Hæc scribo vobis: vt non peccetis. Sed si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum christū iustū: & ipse est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris. Nō pro nostris aūt tm̄: sed etiā ꝓ totius mūdi. & in hoc scimus qm̄ cognouim9 eū si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum; & mandata eius nō custodit: mēdax est; & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum ei9 vere: in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus: quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Charissimi: non mandatum nouum scribo vobis; sed mandatum vetus quod habuistis ab initio; mandatum vetus est verbū quod audistis. Iterū mandatū nouū scribo vobis; quod est verū; & in ipso: & in vobis. Qm̄ tenebræ transierunt; & lumē verū iā lucet.

Dominica septima Beati Pauli ad Romanos. Capite sexto.

FRatres. Humanum dico propter infirmitatē carnis vestrę: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundicię & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iusticiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati liberi fuistis iusticiæ. Quem ergo fructū habuistis tunc in illis: in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero

nem vestram. In sactificationem. idest vsq; ad sanctitatis consumationem.

¶ Feria quarta sequenti.

NIhil nunc damnationis. Ex epistola ad Romanos capite. viij. In quo postea q; ostendit cessationem legis veteris factam per christū: nunc dicit adhęrendum esse christo legis gratiæ autori. Nihil damnationis. i. nulla damnationis causa. Lex spūalis quemadmodum est euāgelica. A lege peccati. i. ab obligatione peccati actualis. Et mortis. qa tollit oēm pœnam debitam pro peccato. Nam quod impossibile. declarat modū hui9 liberationis. Legi veteri. qa nō purgabat a peccatis aīæ: sed carnis. Infirmabatur. idest erat impfecta. Per carnē. quia non mundabat nisi corpus. Similitudinē carnis. quæ fuit passibilis: tamen non peccatrix. De peccato. i. de seipso facto hostia ꝓ peccato. Dānauit peccatum. idest deleuit. Prudētia carnis. i. qua quis carnalia quærit. Mors est. i. ad mortem ducit. Prudētia spiritus: pax. i. reqes.

¶ Feria. vi. sequenti.

SApiētia carnis inimica est deo. Ex eadē epistola: & coniungitur lectio epistolę superiori. Sapiētia carnis. sapientia hic, & prudentia superi9 impropríe accipiunt. Inimica deo. quia repugnās illis ꝑceptis. Neq; pōt. qa nemo potest duob9 dn̄is seruire. Nō estis. i. esse debetis. Si habitat ī vobis. idest. cū baptismo spūm sanctum accepistis. & cū fide spiritū. Nō habet. qa pdidit gratiā. Nō ē ei9. s. mēbrū. Mortuū ē. s. mortis necessitati subiectū.

liberati a peccato: serui autem facti deo. habetis fructū vestrum in sanctificationem; finem vero vitam æternam. Stipendia em̄ peccati mors. Gratia autē dei vita æterna. In christo Iesu domino nostro.

Feria quarta beati Pauli ad Romanos. Capite. viij.

FRatres. Nihil nūc dānatiōis est his qui sunt in christo iesu: qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: deus filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato dānauit peccatū in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis: qui nō scd̄m carnē ambulamus: sed secundum spiritū. Qui em̄ scd̄m carnē sunt; quæ carnis sunt; sapiunt Qui vero scd̄m spiritum: quę sunt spiritus; sentiunt. Nam prudentia carnis mors est. Prudentia autem spiritus vita & pax. In christo iesu domino nostro.

Feria. vi. beati Pauli ad Rom̄. Cap̄. viij.

FRatres. Sapientia carnis inimica est deo. Legi em̄ dei nō est subiecta; neq; em̄ potest. Qui aūt in carne sunt: deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritū christi nō habet: hic nō est eius: Si autē christus in vobis est; corpus quidem mortuū est propter pc̄tūm: spūs vero viuit ꝓpter iustificationē.

Quod si spiritus eius. idest dei. Habitat in vobis. perseuerando in fide & gratia: qui suscitauit illum: etiã suscitabit corpora vestra. & hoc propter spiritum habitantem in vobis.

¶ Dominica octaua post trinitatem.

DEbitores sumus non carni. Hæc lectio superiori continuatur. & est conclusio pendẽs ex superiorib⁹: & patet lectio. Spiritu dei agũtur. quia nemo venit ad me (dicit saluator) nisi pater meus traxerit illum. iterum in timore. sicut i veteri lege quæ fuit lex timoris. Adoptionis filiorum. scilicet per gratiam. In quo. s. spiritu. Clamamus. clamare possum⁹. Abba. quod interpretatur pater. s. quia sumus adoptionis filij. Spiritus. s. sanctus, tertia in diuinis ꝑsona. Testimoniũ reddit. s. quod sum⁹ dei filij per reuelationẽ Apostolo factam: atq; etiam alijs compluribus. Si filij. cõsequens est: q̃d si sumus filij: erimus hæredes: non quasi filius naturalis quem constituit hęredẽ vniuersorum: sed glorię: quia adoptiui.

¶ Feria quarta sequenti.

NOn misit me christ⁹ baptizare. Ex prima epistola ad Corinthios cap. i. Apost̃ol⁹ in sup̃iori parte dixit se paucos admodum baptizasse. cuius rationem nunc reddit: ꝙ nõ tã ad baptizandum: quam ad docendum missus est, quod est maioris officij. tametsi ad vtrunq; missi sunt apostoli. In sapiẽtia verbi. idest mũdana quę verbis exquisitis peragitur. Euacuet crux xp̃i.

Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit Iesum cristum a mortuis: viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitãtem spiritum eius in vobis.

Dominica. viij. Beati Pauli ad Romanos. Capite. viij.

FRatres. Debitores sumus: non carni: vt secundũ carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunq; enim spiritu dei agũtur: hi filij sunt dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddet spiritui nostro: ꝙ sumus filij dei. Si autem filij: & hęredes. hęredes quidẽ dei: cohæredes autem christi.

Feria quarta Beati Pauli ad Corinthios. Capite. i.

FRatres. Non enim misit me christus baptizare: sed euangelizare. Non in sapientia verbi: vt non euacuetur crux christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidẽ stulticia est: his autẽ qui salui fiunt. idest nobis virt⁹ dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientum: & prudentiam prudentiũ reprobabo. Vbi sapiẽs? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiã huius mũdi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mund⁹

idest fides passionis eius. quæ videtur gentibus stultitia: quia non argu-
mentis sed fide continetur. Verbum crucis.i.prędicatio passionis. Pereun
tibus.idest infidelibus. Virtus dei est. quia per crucem diabolus deuictus
est. Scriptum est. Esaię.xxix. Sapientiam. ingenio humano ad inuentam de
rebus diuinis. sicut prudentiam quæ est de agibilibus. Vbi sapiens? quasi

per sapientiam deum: placuit deo per stulticiam prædicationis: saluos facere credentes. Quoniam & iudæi signa petunt: & gręci sapientiam quærunt, Nos autem prædicamus christum crucifixum: iudæis quidē scandalum: gentib⁹ autem stulticiam. Ipsis autem vocatis iudæis atq̧ græcis christum dei virtutem & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei: sapientius est hominib⁹. Et quod infirmū est dei: fortius est hominibus.

Feria sexta beati Pauli ad Corinthios.i.Cap̄.i.

FRatres. Videte vocationem vestram: quia non multi sapientes secundum carnem: non multi potentes; non multi nobiles: sed quę stulta sunt mundi elegit deus: vt confundat sapientes. Et infirma mundi elegit deus: vt confundat fortia. & ignobilia mundi: & contēptibilia elegit deus: & ea quæ non sunt: vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in christo iesu: qui factus est nobis sapientia a deo; & iusticia; & sanctificatio; & redemptio; vt quemadmodum scriptum est; qui gloriatur in domino glorietur.

dicat: nusquam est in rebus ab homine adinuentis. Vbi scriba? idest legisperitus. Inquisitor sęculi. idest rerum sæcularium. Huius mundi. quasi dicat: immo fecit. In dei sapientia. idest cognitione creaturarum quæ sunt dei speculum. Mundus. idest mundi sapientes. Per stulticiam prædicationis: idest quā isti putabant stulticiam. Signa petūt. qualia fuerūt cum illis tradaretur lex. Sapientiam. non diuinā: sed qualem ipsi inuenerunt. Iudæis scandalum. idest offendiculum. Stulticiam. opinione ipsorū. Vocatis. idest electis tā ex iudęis q̃ ex gentilib⁹. Dei virtutē. scilicet esse christum.

¶ Feria.vi.sequenti.

VIdete vocationē. Ex prima epistola Pauli ad Corinthios cap̄ primo. Et continuatur principium huius lectionis cū fine prę cedētis. vbi ostendit q̄d modus docendi per sapientiam verborum: nō conuenit fidei catholicę. Vocationem. idest modum vocationis. Sapientes. potentes, nobiles: sed illitterati. & pauperes & rustici. Stulta mundi. idest quos mund⁹ stultos putat. Infirma mundi.i. quæ mundus putat infirma. Fortia.i. qui putantur fortes. Ea quę nō sunt. idest. quę ab his putātur nullius esse momenti. Ea quę sunt.i. existimantur esse magna. Nō omnis caro. idest nullus homo. ex modo loquendi apud hebręos. Ex ipso. idest ex ipsi⁹ virtute. Sapiētia. scilicet nostra. quod est christus. Scriptum est Ieremię capite nono, qui gloriatur. &c.

¶ Dominica.ix.post trinitatem.

NOn simus concupiscentes. Ex epistola prima ad Corin.cap.x.& pẽdet lectio ex superiorib9:dixerat nãq;. Hęc autẽ in figura facta sunt nostri:& tunc infert:vt non simus concupiscentes malorũ: sicut illi fuerunt.s.hebręi:post tot beneficia a deo accepta. Idolatrię.vt hebręi fuerũt circa lationem legis. Scriptũ ẽ.Exodi.xxxij. Surrexerũt ludere.i vitu li cultu. Fornicati sunt. cum fœminis ex Madiã. vt habetur numeri.xxv. A serpẽtibus.vt scribit Numeri.xxi. Sicut quidam eorum murmuraue runt. vt patet in plurib9 scripturę locis. Ab exter minatore.scilicet angelo antea q̃ ingrederent terrã promissiõis. In quos fines deuenerũt.i.sumus in vltima mundi ętate. Stare.s.in deo. Ne cadat. ex tẽtatione. Nisi humana.idest quæ non potest oino ab homine euitari. Id quod potestis.subaudi vincere. Prouẽtum.i. meriti augmentũ & fructum ex tentatione.

¶ Feria.iiij.sequenti.

NOn oĩs caro. Ex prima ad Corinthios epistola capite.xv. In quo Apostolus disputat de resurrectione mortuorum in propriam cuiuscũq; animam & corpus:& pẽdet lectio ex fine superioris lectionis. dixit autẽ: de9 dat vnicuiq; secũdũ propriũ corp9:& tũc infert. Non omnis caro: eadem caro. qa sunt diuersarũ specierũ,sicut & ipsa animalia. Cœlestia. q̃ conueniũt & corporalitate saltem. Cœlestium gloria. idest pulchritudo.

Dñica.ix. Pauli ad Corinthios.i. Cap.x.

FRatres. Nõ simus cõcupiscẽtes malorũ: sicut & illi concupierũt. Neq; idolatræ efficiamini sicut quidã ex ipsis quẽad modũ scriptũ est. Sedit populus mãducare & bibere; & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur; sicut quidã ex ipsis fornicati sunt: & ceciderũt vna die viginti millia. Neq; tẽtemus christũ; sicut quidã eoꝝ tentauerũt; & a serpentib9 perierunt. Neq; murmuraueritis; sicut quidã eorũ murmurauerũt & perierũt ab exterminatore. Hæc aũt oĩa in figura contingebãt illis. Scripta sunt aũt ad correctionẽ nostrã; in quos fines sæculorũ deuenerũt. Itaq; q̃ se existimat stare; videat ne cadat. Tẽtatio vos nõ apprehendat nisi hũana. fidelis aũt deus est: q̃ non patieẽ vos tẽtari sup id qđ potestis. Sed faciet cũ tentatione etiã prouentũ; vt possitis sustinere.

Feria.iiij. beati Pauli ad Corin.i. Cap.xv.

FRratres. Nõ oĩs caro; eadẽ caro. sed alia hominũ: alia pecoꝝ; alia volucrũ; alia pisciũ; & corpora cœlestia; & corpora terrestria. Sed alia quidẽ cœlestium gloria: alia autẽ terrestrium. Alia claritas solis; alia claritas lunæ: & alia claritas stellarũ. Stella enim a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorũ. Seminaẽ in corruptiõe; surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corp9 animale; surget spiritule. Si est corpus anima-

Si resurrectio. non est omnino simile. quia in resurrectione erit identitas numeralis. in his autē non est huiusmodi identitas. Seminatur. ponit differētias inter corpora mortuorum & resurgentiū. Si est corpus animale. i. quia est. Scriptū est. Gen̄. ij. In animam viuentem. idest vitam animalem. Spiritum viuificantem. s. alios. Sed non prius. sicut patet de Cain & Abel. de Ismaele & Isaac. de Iacob & Esau.

le: est & spirituale; sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam viuētem; nouissimus adam in spiritu viuificantem. Sed non prius quod spirituale est: sed quod animale; deinde quod spirituale. In christo iesu domino nostro.

Fr̄a. vi. beati Pauli ad Corin̄. i. Cap̄. xv.

FRatres. Sicut in adam omnes moriuntur; ita & in christo om̄es viuificabunt. Vnusquisqꝫ aūt in suo ordine primitię christus. Deinde hi qui sunt christi: qui in aduentum eius crederunt. Deinde finis cum tradiderit regnū deo & patri: cum euacuauerit omnem principatum: & potestatem: & dominationem: & virtutē. Oportet autē illū regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime aūt inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autē dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum qui subiecit ei om̄ia. Cū aūt subiecta illi fuerint omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi; qui sibi subiecit om̄ia: vt sit deus omnia in omnib⁹. In christo iesu domino nostro.

¶ Feria sexta sequenti.

SIcut in Adā oēs moriuntur. Ex eadē epistola & capite: & qa pauloante dixit. quod si xp̄s resurrexit: & mortui resurgent: tūc infert sicut in Adā. &c̄. In suo ordine. quia prim⁹ fuit christus tēpore & dignitate. reliqui oēs simul tēpore: sed dignitate differēter. Qui sunt christi. idest ipsi⁹ mēbra. Deinde. s. post resurrectionē. Regnū deo. i. fideles quibus prefuit in hac vita. Euacuauerit. qa remanebunt ordines angeloꝝ: sed indistincti. Oportet regnare. Ex psal̄. cix. Donec ponat. i. nō solū vsqꝫ ad inimicoꝝ subiectionem, sed ex modo loquēdi sacræ scripturæ deinceps multomagis. Sub pedib⁹ ei⁹ Ex psal̄. viij. Destruetur mors. qa restat vita immortalis. Qui subiecit ei omnia. qa xp̄s qua homo est patri subijcitur. Omnia in oib⁹. i. qd potestas & dignitas oib⁹ insit a deo.

Dn̄ica. x. btī Pauli ad Corint. i. Cap̄. xij.

FRatres. Scitis quoniam cum gētes essetis ad simulachra muta; put ducebamini euntes. Ideo notū vobis facio; qꝫ nemo in spiritu dei loqns: dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dn̄s iesus: nisi in spū sc̄tō. Diuisiones vero gratiarum sunt: idem au-

¶ Dn̄ica. x. post trinita.

SCitis qm̄ cum gētes essetis. Ex ep̄la prima ad Corin̄. cap̄. xij. In q̄ disputat de gr̄a quę cōtinetur in sacramētis: dicēs de spiritualibus. i. gratijs: nolo vos ignorare. Gentes essetis. idest more gentilico viueretis.

Prout ducebamini.in greco quo pacto ducebamini seducti. Anathema iesu.blasphemando illius nomen: quod gentiles faciebant. Dominus Iesus. confitendo illum dominum & saluatorem. Idem spiritus.quia in deo coniuncte:in fidelibus diuise. Idem dominus.cui omnia ministrant. Ad vtilitatem.scilicet ecclesiæ: manifestando euangelium.& prosequitur alia spiritus sancti dona. scilicet sermonem scientie, fidē: gratiam sanitatū. Et reliqua.

tem spiritus; & diuisiones ministrationum sunt;idem autem domin⁹. & diuisiones operationum sunt;idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapiētiæ; alij autē sermo scientiæ secundū eundē spiritū. Alteri fides in eodē spiritu: alij gratia sanitatū in vno spiritu. Alij operatio virtutū. alij prophetia. Alij discretio spirituum: alij genera linguarū: alij interpretatio sermonū. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idē spiritus: diuidens singulis prout vult.

¶ Feria.iiij.sequenti.

SCimus quoniā si terrestris. Ex secūda ad Corinthios epistola capite. v. In quo apostolus commendat ministerium noui testamenti ex premio fidei. Terrestris, domus. idest corp⁹ terrenum moriatur. Habemus domum. perstat in translatione. Non manu factam.scilicet corp⁹ glorificatū, quod est immortale. Ingemiscimus cupientes. quod alibi dixit:cupio dissolui & esse cum christo. Vestiti.s. corpore hoc mortali. Et nō nudi.i. spoliati eo: qa cupimus immortalitatē & nolumus perdere hāc mortalitatē.sed nisi granum frumēti cadēs. &c. Ingemiscimus de dissolutione corporis & animæ. Mortalitas a vita. s. per gloriam superuenientem. In hoc ipsum.idest vt habemus vtrunq; appetitū. Pignus spiritus. idest gratiā: vt spiritualem illam vitam appetamus. Audentes & scientes. idest quia hoc scim⁹ & audemus. Per fidem. parenthesis est. Per speciem: vidētes rem sicuti

Feria quarta Beati Pauli ad Corinthios.ij. Capite.v.

FRatres. Scimus qm̄ si terrestris dom⁹ nostra huius habitationis dissoluatur, q; ędificationem ex deo habemus domum nō manufactam:sed æternam in cœlis. Nā & in hoc ingemiscimus habitationem nostrā:quę de cœlo est super indui cupientes. Si tamē vestiti & nō nudi inueniamur. Nā & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati; eo q; nolumus expoliari; sed superuestiri:vt absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autē efficit nos in hoc ipsum deus est:qui dedit nobis pignus spūs. Audentes igitur semper & scientes. qm̄ dum sumus in hoc corpore;peregrinamur a domino (per fidem enī ambulam⁹; & nō per speciē.) Audemus autem: & bonā voluntatem habemus magis peregrinari a corpo-

est. Audem9 inquā. peregrinari a corpore. sub. quā a dño. Placere illi. quomodocūq velimus nolimus. Omnes enim. necessitatem ponit resurrectionis. Timorem domini. i. timendum esse. Manifesti sumus. quia scrutās corda. In conscientijs vestris. idest cuius vos conscij estis.

re & presentes esse ad dominū. & ideo contendimus siue absentes siue presentes placere illi. Omnes eñ nos manifestari oportet ante tribunal xpi; vt referat vnusquisq propria corpis ꝑut gessit siue bonū siue malū. Scientes ergo timorē dñi; hominib9 suademus: deo aūt manifesti sumus. Spero autē & in cōscientijs vestris manifestos nos esse. Per Iesum dominum nostrum.

Feria. vi. beati Pauli ad Rom. Cap. viij.

FRatres. Spe enim salui facti sum9. Spes aūt quę videt: nō est spes. Nā quod videt quis: quid sperat? Si aūt quod nō videmus speramus; per patientiā expectamus. Similiter aūt & spūs adiuuat infirmitatē nostrā. Nam quid oremus sicut oportet: nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda: scit quid desideret spiritus: quia secundū deum postulat pro sanctis.

Dominica. xi. beati Pauli ad Corinthios. i. Capite. xv.

FRatres. Notum vobis facio euangeliū quod prædicaui vobis: quod & accepistis: in quo & statis: per qđ & saluamini; qua rōne predicauerim vobis: si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi eñ vobis in primis; qđ & accepi; quoniā xps mortuus est ꝑpeccatis nostris scđm scripturas. Et quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die secundū scripturas: & qa visus est cephę; & post hoc vndecim. Deinde visus est plusq quingen

¶ Feria sexta sequenti.

SPe enim salui facti sumus. Ex epistola ad Romanos cap. viij. vbi apostol9 incipit exhortari ad patiētiam & tollerātiam passionum: ad quam maxime cōfert spes. Ideo subdit: spe salui facti sumus. Spes quæ videtur. quia non videmus deū clare: sed sumus in expectatione videndi, sed cum videmus iam nō est spes. Per patientiam. quæ est coniuncta spei. Spiritus adiuuat. diregēdo nos ad christū. Sicut oportet. idest vt conueniens est ad salutem. Postulat ꝑ nobis. idest postulare nos facit. Quid desideret spiritus. de angelo cuiq nostrum attributo quidā intelligunt.

¶ Dominica vndecima post trinitatem.

NOtū vobis facio: Ex epistola ad Corinthios. i. cap. xv. In quo agitur de resurrectione mortuorū. & imprimis cōmendat euangelij excellētiam. In quo statis. erepti & non iacētes. Qua ratiōe. quia nō humana: sed diuina. Frustra. i. sine effectu. Quod accepi. s. a deo. Secundū scripturas. s. prophetarū de illo. Cephę. i. petro: qa syrisce dictus est cephas, grece ꝑo & latine Petr9.

de quo visu Lucę vlti. Vndecim. Ioã.xx. Quingentis.in galilęa.Mat.vlti. Iacobo.de hoc non legitur apud euangelistas. Apl'is omnibus: in die ascensionis. Mihi tanq̃ abortiuo.i.post ascẽsionem vocato. de quo actuum.ix. Vocare apostolus.sed quicquid sum:gratia dei sum.quia ex me persecutore tantum. Vacua non fuit.idest sine operibus.

¶Feria.iiij.sequenti.

NEscitis qm̃ corpora vr̃a. Ex prima ad Corinthios epistola cap.vi. In quo agit de affinitate corporis humani ad corp9 christi.& hoc p baptismũ & fidẽ. Mẽbra christi.s. subtrahendo me ab ipso. Meretricis.p carnis libidinẽ. Meretrici.non legitime vxori. Inquit scriptura Genesis.ij. In carne vna. proprie aũt cũ vxore:cũ meretrice auttem quodã mõ. Vn9 spũs est.secũdũ amorem. Fugite fornicationẽ.de qua victoria in sola fuga ẽ. Extra corp9 est. qa maculãt solã animã. In corp9 suũ.quia tã corp9 q̃ animã coinquinat. Tẽplũ spũssancti.p fidẽ & baptismum. Non estis vr̃i.i.pprij iuris: sicut mẽbrũ non est sui iuris,sed toti9 corporis est magis q̃ suum.

Feria.vi.sequẽti.

SCripsi vobis in ep'la. Ex prima apl'i epistola ad Carinthios cap̃. partim quinto, partim sexto: & quia fortasse in alia quadam ep'la scripserat:ne cõmiscerent fornicarijs. & illi putabãt qđ intelligeret Paul9 de fornicatione spũali, hoc est idolatria, nũc dicit illud intelligendũ esse de omnibus criminosis. Fornicarijs hui9 mũdi.i. peccato

tis fratribus simul: ex quibus multi manẽt vsq̃ adhuc; quidã autẽ dormierunt. Deinde visus est Iacobo: deinde apl'is omnibus. Nouissime aũt omniũ:tanq̃ abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minim9 apostolorum:qui nõ sum dignus vocari apostol9: quoniã persecutus sum ecclesiã dei. Gratia autem dei sum id;quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.

Feria quarta beati Pauli ad
Corinthios prima. Cap.vi.

FRatres. Nescitis quoniam corpora vestra mẽbra christi sunt? Tollens ergo mẽbra xp̃i:faciã mẽbra meretricis? Absit. An nescitis:quoniã qui adhæret meretrici; vnum corpus efficitur? Erũt(inquit)duo in carne vna. Qui autẽ adhęret dño;vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ. Omne enim peccatũ; quodcũq̃ fecerit hõ:extra corpus est:qui aũt fornicatur;in corpus suũ peccat. An nescitis quoniã mẽbra vestra templum sunt spiritussancti;qui in vobis est;quẽ habetis a deo:& nõ estis vestri? Empti enim estis precio magno. glorificate & portate deum in corpore vestro.

Feria.vi. Beati Pauli ad
Corinthios.i. Cap.v.&.vi.

FRratres. Scripsi vobis in epistola ne cõmisceamini fornicarijs. Non vtiq̃ fornicarijs huius mundi: aut auaris; aut rapacibus; aut idolis seruientib9: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc aũt

rib9 in reb9 mũdanis. Rapacib9.s.alieni inuasoribus: Mũdo exisse.i.mori. potius q̃ talia fecisse. Non cõmisceri.aliquo mõ: & numerat cũ quib9 non. Qui foris sunt.i. infidelib9: qui non sunt in foro eccl'ie. Iudicare.debetis. Auferte malũ.i.malos homines. Negociũ.i.litẽ.quasi dicat: nõ bene facitis si illũ cõuenitis apud iudices iniquos: & nõ potius apud iustos. Sancti iudicabunt.i.erunt venturo iudici assessores: iuxta illud Matthei.xix. Sedebitis sup sedes. xij. iudicãtes. In vobis.i.p vos in die iudicij. De minimis.i. his paruis mundi reb9. Angelos. qui ceciderunt cũ Lucifero. Cõtẽptibiles.i.minoris estimatiõis: quia tales sunt prudentiores in agibilibus: sapiẽtiores ad maiora seruati. Dico.s.hoc qđ sequitur.s.quod sunt inter vos lites. Iudicia int vos. non sequentes preceptum euangelicum. Iniuriã.quia deteri9 est iniuriam facere q̃ pati: vt inquit Plato.

scripsi vobis nõ cõmisceri. Si is qui frater inter vos nominat; est fornicator; auarus; aut idolis seruiens; aut maledicus; aut ebriosus; aut rapax; cũ huiusmodi nec cibũ sumere. Quid em̃ mihi de his qui foris sunt iudicare? Nõne de his q̃ int9 sũt vos iudicatis? Nã eos qui foris sunt; de9 iudicabit. Auferte malũ ex vobisipsis. Audet aliquis vestrum habẽs negociũ aduersus alterũ iudicari apud iniquos; & non apud sanctos? An nescitis q̃m sancti de hoc mũdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabit̃ mũd9; indigni estis q de minimis iudicetis? Nescitis q̃m angelos iudicabimus: quanto magis sæcularia? Secularia igit̃ iudicia si habueritis; cõtẽptibiles q sunt in eccl'ia: illos cõstituite ad iudicãdũ. Ad verecundiã vestrã dico. Sic nõ est inter vos sapiens quisq̃ q possit iudicare inter fratrem suũ; sed frater cũ fratre iudicio contẽdit; & hoc apud infideles. Iam quidẽ omnino delictũ est in vobis: q iudicia habetis inter vos. Quare nõ magis iniuriã accipitis? Quare non magis fraudẽ patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus.

Dominica.xij. Beati Pauli ad Corinthios.ij. Cap. iij.

FRatres. Fiduciã talẽ habemus p christũ ad deũ: nõ q sufficiẽtes sim9 aliqd cogitare a nobis q̃si ex nobis; sed sufficentia nr̃a ex deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera; sed spũ. Littera enim occidit; spiritus autẽ viuificat.

¶Dominica.xij. post trinitatem.

FIduciam talem habemus. Ex epistola secunda ad Corinthios capite tertio. In quo posteaquã ostendit se non egere hominum commendatione: nunc dicit: omnia deo accepta esse referenda. Cogitare. quod minus est q̃ dicere. A nobis. scilicet quasi ex nobis. Non littera. sicut hebræis. Sed spũ. scilicet infuso. quo lex euengelica constat. Ministratio mortis. cuiusmodi erat veteris legis. In lapidibus. idest tabulis lapideis.

Fuit in gloria.idest gloriosa. Faciē Mosi.quæ erat cornuta: vt legitur Exodi.xxxiiij. Euacuatur. scilicet per euangelicam legem. Non magis. quasi dicat: multomagis erat in gloria. Damnationis: quæ inducebatur per legem Mosi. Ministerium iusticiæ. quod est in lege euangelica:

¶ Feria quarta sequenti.

NOn p̄dicam9 nosmetipsos. Ex epistola Pauli.ij. ad Corinthios cap̄.iiij. In quo quia superius vocauit euangelium suum: & hic vocat euangelium christi: putaret aliqs esse duo euāgelia: ideo dicit. Non prædicamus.s. tanquam autores euangelij. Seruos vestros.s. administrando vobis doctrinā christi. Qui dixit. idest dicendo fecit. Genesis. i. Illuxit.i. lucem spiritualem infudit. Ad illuminationem scientiæ. i. ad manifestationem noticiæ diuinę. In faciem iesu christi. meli9 in gręco in persona christi. Thesaurum istū.i. illuminationē dei. In vasis fictilibus. i. in hoc corpe mortali. Sublimitas. i. hoc magnū qđ facimus. Non angustiamur. idest defatigamur. Aporiamur. i. indigem9 quia gręce aporia est indigētia. Non derelinquimur.s. a đo. Deijcimur.s. in piculū. Mortificationē iesu. i. cō passionē. Manifestetur.s. in iudicio.

¶ Feria.vi.sequēti.

SEmp nos q viuimus. Ex eadem epistola & capite: & continuat lectio cū fine superioris epl̄ę: & est eadē epl̄ę sententia. Ergo mors.s. xp̄i animando nos ad tolerādos labores.

Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij israel in faciem Mosi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio donationis est in gloria: multo magis abūdat ministerium iusticię in gloria.

Feria quarta beati Pauli ad Corinthios.ij. Capite.iiij.

FRatres. Non prædicamus nosmetipsos: sed iesum christum dominū nostrum: nos autem seruos vestros per iesum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem splendescere; ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientię claritatis dei in faciem christi iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilib9; vt sublimitas sit virtutis dei: & nō ex nobis. In oībus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionē patimur: sed non derelinquimur. Deijcimur: sed non perimus. Semper mortificationem Iesu christi in corpore nostro circunferentes: & vt vita iesu in corporib9 nostris manifestetur.

Fr̄a.vi.bt̄i Pauli ad Corin̄.ij. Cap̄.iiij.

FRratres, Semper nos qui viuim9 propter iesū: in mortē tradimur: vt & vita Iesu manifestet̄ in carne nr̄a mortali. Ergo mors in nobis operat̄: vita aūt in vobis. Habētes aūt eūdē sp̄m fidei: sicut scriptū ē,

Vita.scilicet christi conferẽdo spem resurrectionis. Habẽtes.ordo est nos credimus & loquimur habentes. &c̃.Scriptum est.psal.cxv. Omnia propter vos.subaudi facimus & patimur. Vt gratia abundans.scilicet a nobis in vos. Per multos.qui ex nostro opere agant deo gratias. Non deficimus. scilicet in substinendis laboribus. Qui foris est.idest homo carnalis. Qui intus est..idest spiritualis. In p̃senti.scilicet corpore subiecto coruptioni. Pondus æternũ. idest rem magnã:hoc est gloriam æternam.

Credidi propter quod loquut⁹ sum: & nos credimus:propter q̃d & loquimur. Sciẽtes quoniã qui suscitauit Iesum: & nos cum Iesu suscitabit: & constituet nobiscum. Om̃ia enim propter vos: vt gratia abundans per multas in gratiarum actiões abũdet in gloriam dei: Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est:renouatur de die in diem. Id enim quod in p̃senti est momentaneum: & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis: nõ cõtemplantibus nobis quæ videntur: sed quæ non vidẽtur. Quæ videntur temporalia sunt: quæ autẽ non videntur; æterna sunt.

Dominica.xiij. Beati Pauli ad Galatas. Capite.iij.

FRatres. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit ex seminibus quasi in multis: sed quasi in vno; & semini tuo: qui est christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex: non irritum facit ad euacuandã promissionẽ. Nam si ex lege hæreditas: iam nõ ex promissione. Abraæ autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est: donec veniret semen: cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius est; deus autem vnus est. Lex er

¶Dominica.xiij. post trinitatem.

ABraę dictę sunt p̃missiones. Ex epistola Pauli ad Galatas cap̃.iij. In quo declaratur: q̃d hæreditas æterna non datur per legem Mosi: sed per christi fidem. Semini eius. quę impleta sunt ĩ christo. ideo dicit semini & non seminibus. Hoc testamẽtum. idest promissiones p̃ modum testamenti. Quę.s. lex. Et est ordo quæ lex facta est. &c̃. Non irritũ facit. idest non tollit promissionẽ Abraę factam. Ex lege hereditas. subaudi datur. Non ex promissione. sed datur ex p̃missione: ergo non ex lege. Quid igitur lex? subaudi aliq̃s diceret quid profuit? Propter transgressionem. idest punitionẽ delictorum. Semen. idest christ⁹ de semine abraæ. Cui promiserat. idest in in quo erat promissio cõpleda. Per angelos. quia lex non fuit data a deo Mosi, nisi per angelũ. vt habetur Actuum.vij. In manu mediatoris. idest in potestate xp̃i ad mutãdum eam pro voluntate.

sua. Vnius. sed duorum. scilicet dei & hominum. Viuificare. i. est vitã ęternam dare. Scriptura. idest lex Mosi.

¶ Feria quarta sequenti.

MOrtificati estis legi. Ex epistola ad Romanos cap. vij. In quo agitur de lege Mosaicæ cessatione per aduentum legis euãgelicæ. Mortificati legi. scilicet Mosaicæ. Sitis alterius. idest eiusdem christi. Fructificetis. opera nouę legis faciendo. Essemus in carne. ante cõuersionem. Morti. idest opera morte digna. Nũc autem sub lege euangelica. Lex peccatum est? idest nunquid infertur ex verbis nostris: quia fuit peccãdi occasio? Peccatum non cognoui. scilicet esse malum. Nesciebam. subaudi peccatum esse. Non concupisces. Exod. xx. Occasione. itaq; nõ fuit lex peccatum: sed occasio peccandi. Omnem cõcupiscentiã. idest augmẽtauit in me incentiuum peccãdi. Nam peccatum. idest concupiscentia. Occasione accepta. per legẽ (vt dictũ est.) Seduxit. trahendo me ad peccato consentiendum. Occidit me. scilicet inducendo ad op9. Quod bonum est. scilicet in se. Factum est mors. i. mortis causa sed non idcirco malum: ideo dicit absit. Peccatum. i. concupiscentia. Vt appareat peccatum. idest malum. Per bonum. idest p legẽ quę distinguit malum a bono. Operatum est mihi in mortẽ. idest induxit me ad peccatũ.

¶ Feria. vi. sequenti.

SCimus quia lex. Ex eadem epistola & ca-

go aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si enim data esset lex quę posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura omĩa sub peccato: vt ꝓmissio ex fide Iesu christi daretur credentibus.

Feria. iiij. Beati Pauli ad Rom. Cap. vij.

FRatres. Mortificati estis legi per corpus christi; vt sitis alteri9 q ex mortuis resurrexit; vt fructificetis deo. Cũ eñ essemus in carne: passiones peccatorũ quę per legẽ erãt operabãtur in mẽbris nr̃is; vt fructificarent morti. Nunc autẽ soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur; ita vt seruiam9 in nouitate spiritus; & nõ in vetustate litterę. Quid ergo dicem9? Lex peccatũ est? Absit. Sed peccatũ nõ cognoui nisi p legẽ. Nã cõcupiscentiã nesciebã: nisi lex diceret. Nõ cõcupisces. Occasione aũt accepta: peccatũ p mandatũ operatũ est in me oẽm cõcupiscentiã. Sine lege eñ peccatum mortuũ erat. Ego autẽ viuebã sine lege aliquando: sed cũ venisset mãdatũ; peccatũ reuixit. Ego aũt mortuus sum. Et inuentũ est mihi mandatũ qđ erat ad vitã; hoc esse ad mortẽ. Nã pc̃m occasione accepta p mãdatũ seduxit me: & p illud occidit. Itaq; lex quidẽ sancta & mãdatũ sanctũ & iustũ & bonũ. Qđ ergo bonũ est: mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatũ vt appareat peccatũ: per bonũ operatum est mihi mortem.

Feria. vi. beati Pauli ad Rom. Cap. vij.

FRatres. Scimus quia lex spiritalis est. Ego autem carnalis sum venundatus

pite ad Romanos. & continuatur lectioni pcedentis epistolæ. vbi apostolus pbat quod dicit per testimonium legis naturalis. Lex spiritalis. idest ordinans ad rationis instinctum. Ego carnalis. idest sequens appetitum irrationalē. Venundatus. s. a primo parente. Quod operor. s. per appetitum nō intelligo per rationē: quia ignorat omīs flagitiosus quę operat. Quod volo. per rationem. Hoc ago. appetitu obstante. Qđ odio. s. per rationē. Cōsentio legi. in quantū nolo. repugno aūt in quātū facio. Nō operor. s. qđ dictat ratio. Peccatum. i. peccati cōcupiscētia. Habitat bonū. i. inclinatio ad bonū. Velle adiacet. i. volitio boni per rationē. Nō inuenio. impediente appetitu. Inuenio legem mihi. s. volenti facere bonū rationi cōsonū. Malū. idest inclinatio ad peccatū. Cōdelector legi. i. consentio p rōnē. Aliā legē. i. inclinationē ad malū. Legi mētis. s. naturali q inducit ad bonum. Mortis huius. nō dicit simpliciť de corpe: sed addit mortis alioqui corporis immortalitas appetibiľ est. Grā dei. s. liberabit.

sub peccato. Quod enim operor nō intelligo. Nō eñ quod volo bonū: hoc ago; sed quod odio malū; illud facio. Si autem quod nolo illud facio; cōsentio legi qm̄ bona est. Nūc autem iam nō operor illud; sed quod habitat in me peccatū. Scio enim quia non habitat in me; hoc est in carne mea bonū. Nam velle adiacet mihi; perficere autē bonum; nō inuenio. Nō enim quod volo bonum; hoc facio; sed ꝙ nolo malū, hoc ago. Si autē ꝙ nolo illud facio: iam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volēti mihi facere bonum: qm̄ mihi malū adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorē hominē. Video autem aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuātē me in lege peccati: quæ est in membris meis. Infœlix ergo homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia dei; per Iesum christū dn̄m nostrū.

¶ Dn̄ica. xiiij. post trini. Spiritu ambulate. Ex epistola pauli ad Galatas. cap. v. quia superi⁹ dixit nō esse viuendū scd̄m carnē: sed scd̄m spiritū: nūc infert. Spū ambulate. &c. Caro aduers⁹ spiritū. vnde cōflatur bellū illđ plusqꝫ ciuile. Quęcūqꝫ vultis. per rationē. Faciatis. obstante appetitu. Sub lege. i. seruitute legali subiecti. Manifesta. qa sunt sēsibilia. Prędico vobis. āteaqꝫ veniat dei iudiciū: quia tūc non erit pœnitentiæ locus.

Dominica. xiiij. Beati Pauli ad Galatas. Capite. v.

FRatres. Spiritu ambulate: & desideria carnis nō perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum: spiritus autē aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur; vt non quęcūqꝫ vultis; illa faciatis. Qđ si spiritu ducimini: nō estis sub lege. Manifesta aūt sunt opa carnis: q̄ sunt fornicationes; im̄ūditię; īpudicitię; luxurię; idolorꝫ

Fructus autem.enumeratis multis peccatorum generibus:enumerat opera spiritus. Aduersus huiusmodi.immo hęc omnia legi consentiunt. Qui sunt cristi.scilicet imitatores Crucifixerũt carnem.idest in his concupiscẽtię vitia mortua sunt cum carne.

¶Feria quarta sequenti.

NOlite iugum ducere. Ex epistola ad Corinthios secunda.capite.vi.In quo apostolus hortatur Corinthios: vt deuitent infidelium cõsuetudinem,a bobus iugo subditis.Quæ participatio.antitheton est.idest cõtra positum: opponuntur nanque iusticia iniquitati. lux tenebris.christus belial.fidelis infideli. templum idolis. Templũ dei.idest in quibus deus inhabitat. Sicut dicit de9.Leuitici. xxvi. Ponam tabernaculum meum in medio vestri: pro quo apostolus dicit: hic inhabitabo in illis.Propter quod:idest quia ita est.Dicit dominus. Esaiæ.lij. Exite de medio. tria tangit in hac admonitione. Primum quod eorum peccata deseramus.secũdum vt peccatorum occasionem fugiamus.tertium ne dissimulem9 eorum mala:sed potius reprehendamus. Has promissiones. hoc iã ex capite septimo est. hortaturque Corinthios ad mundationem peccatorum tam spiritualiũ quam corporalium.

Feria sexta sequenti.

seruitus: venefica; inimicitiæ; cõtentiones; æmulationes;iræ:rixę:dissensiones;sectę;inuidiæ;homicidia;hebrietates;commessationes:&his similia.Quę prædico vobis sicut prædixi:quoniam qui talia agunt:regnum dei non consequuntur.Fructus autem spiritus est;charitas;gaudium;pax; patientia;lõganimitas;bonitas;benignitas;mãsuetudo; fides;modestia;continentia;castitas.Aduersus huiusmodi nõest lex. Qui autem sunt christi;carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

Feria quarta Beati Pauli ad Corinthios.ij. Capite.vi.

FRatres.Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci;ad tenebras? Quæ autem cõuentio christi;ad belial? Aut quæ pars fideli .cum infideli? Qui autem consensus templo dei;cũ idolis? Vos enim estis templum dei viui:sicut dicit deus. Quoniã inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos: & ero illorũ deus: & ipsi erũt mihi popul9. Propter quod exite de medio eorum:& separamini dicit dominus.Et immundum ne tetigeritis:& ego recipiam vos. Et ero vobis in patrẽ : & vos eritis mihi in filios & filias: dixit dominus omnipotens. Has igitur promissiones habentes charissimi ; mundem9 nos ab omni inquinamento carnis & spiritus:perficiẽtes sanctificationẽ in timore dei Per iesum christum dominum nostrum.

AN nescitis quia iniqui. Ex epistola ad Corinthios.i.cap̄.vi.& continuatur epistolæ superiori: quę legebatur feria sexta post dominicā .xi. post trinitatem. vbi dixit quare non magis fraudem patimini.& tūc infert. An nescitis quia iniq. quasi dicat videtur quod nesciatis. Nolite errare. Duos errores remouet. prior est: quod credebant per fidem & baptismum etiā sine operibus peccata deleri. Molles. libidinis molliciem exercentes. Martialis. forsitan & posset vincere mollis otho. Fuistis hæc.i. his vitijs detenti. Omnia licent. idest possum facere(modo nō sit cōtra legem.) Non omnia expediūt.i. sunt vtilia ad finem consequēdum. vt licet vxorem ducere: sed alicui nō est vtile. vt philosopho. Sub nullius potestate. vt sim puta sub imperio vxoris. exēplū est a simili de ventre & esca: quia licet comedere: sed nō expedit aliquādo. Destruet. post corporū resurrectionem: quando erit venter: sed non erit illius vsus. Corpus domino.s. ordinatē dn̄s corpori. quia suscitabiē ab illo. Dn̄m suscitauit.i. christum: atq; ex consequēti nos q̄q; suscitabit.

Feria sexta Beati Pauli ad Corintios.i. Cap̄.vi.

FRatres. An nescitis q̄a iniqui regnū dei non possidebunt? Nolite errare; neq; fornicari; neq; idolis seruientes; neq; adulteri: neq; molles; neq; masculorum cōcubitores: neq; fures; neq; auari; neq; ebriosi; neq; maledici: neq; rapaces regnum dei possidebunt. Et hæc aliquando quidam fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis; sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu christi & in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent: sed non omnia expediūt. Omnia mihi licent. Sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri; & venter escis: deus autem & hunc & hanc destruet. Corpus autē non fornicationi; sed domino: & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit: & nos suscitabit: per virtutem suam.

Dominica.xv. Beati Pauli ad Galatas. Capite.vi.

FRatres. Si spū viuimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes: inuicē inuidentes. Fratres; & si præocupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis: huiusmodi instruite in spū lenitatis. Considerās teipsum ne & tu tẽteris: Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legē christi. Nam si quis existimat se aliquid esse (cū nihil sit) ipse se seducit. Opus autē suum probet vnusquisq;: & sic in semetipso

¶ Dn̄ica.xv. post triñ.

SI spiritu viuim9. Ex ep̄l'a Pauli ad Galat. cap̄.vi. Nisi q̄d p̄mittitur clausula ex fine capitis superioris. q̄ etiam pendebat ex epistola q̄ legebatur in dn̄ica p̄ceden ti vnde inferebatur q̄d hic legimus. Si spū. &c̄. Inuicē ꝓuocātes.s. ad rixam & cōtentiones. Pręoccupat9. ab aliqua passione carnali. Qui spirituales estis.i. liberi a tali

passione. Considerans. ex plurali facit transitum ad singularem Sed potius ita distingue vt hęc verba iungenda sint inferioribus. Alter alterius. pro inuicē. Se esse aliquid. idest per se sufficientē sine alterius adiutorio. Se seducit. idest decipitur falsa de se opinione. In semetipso. idest non pendebit ex alterius iudicio, sed conscientia sua teste viuet. Onus suum. i. pœnā sui peccati. est quale illud Vergilij qsq; suos patimur manes. Qui cathecizatur. idest instituitur ad fidē. In bonis. & nō imitemur illum in malis. Errore. s. circa hoc. Non irridetur. idest non decipit. Quę seminauerit. i. secūdū opera sua mercedē recipiet. Cętera patēt.

¶ Feria quarta sequenti.

QVicunq; sūt sub iugo. Ex epistola. i. ad Timoth. capite. vi. In quo apostolus inducit Timotheum ad ea facienda que ad pōtificem pertinent. Dominos suos: etiam infideles. vt Paulinus episcopus Nolensis, qui seruiunt infideli domino pro filio cuiusdā viduę. Blasphemetur. a domino infideli. Fratres sunt. in christo sub eadem fide. Beneficij. i. baptismi eiusdem. Si quis aliter. s. quā a me dictū. Scd'm pietatē. i. religionē christianā. Superb9. subaudi ē talis. i. inobediēs. Nihil sciēs. i. ignar9. Et lāguēs. i. stupid9 & insensat9. Cōflictatiōes. controuersię. A veritate priuati. s. vitę: iusticię & doctrinę. Pietatē. i. religionis pdicationē faciendam esse ppt lucrū. Quęst9 magn9. i. satis magnū lucrū pdicatori. Pietas. i. pietatis exercitatio cum sufficētia rerq; necessariarq;

tantum gloriam habebit; & non in altero. Vnusquisq; enim onus suum portabit. Cōmunicet autē is qui cathecizatur verbo ei qui se cathecizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus nō irridetur. Quæ enim seminauerit homo; hæc & metet. Quoniā qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu; de spiritu & metet vitam æternam. Bonū autē facientes nō deficiamus; tempore enī suo metemus; nō deficientes. Ergo dum tēpus habem9: operemur bonū oēs; maxime autem ad domesticos fidei.

Feria quarta beati Pauli ad Timotheum. Capite. vi.

CHarissime. Quicunq; sunt sub iugo serui: dominos suos omni honore dignos arbitrentur; ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autē fideles habent dominos: nō cōtemnant: quia fratres sunt: sed magis seruiant: quia fideles sunt & dilecti: qui beneficij particepes sunt: hæc docet & exhortare. Si qs aliter docet & nō acquiescit sanis sermonib9 dñi nostri Iesu christi; & ei qui secundum pietatem est doctrinæ superbus: nihil sciens: sed languēs circa quęstiones & pugnas verborum: ex quib9 oriuntur inuidiæ, contētiones; blasphemiæ; suspitiones; malæ conflictationes hominū mente corruptorū. & qui a veritate priuati sunt; existimātiū quęstū esse pietatē. Est autem quæstus magnus pietas cū sufficiētia.

¶ Feria sexta sequenti.

NIhil intulimus in hunc. Ex eadem epistola & capite. & cõtinuatur lectio superiori epistolæ. nam dixit cum sufficiẽtia: quasi dicat: nihil aliud curantes: & tunc infert nihil intulimus. &c. Quibus tegamur. idest vestes. Diuites fieri. s. ex officio prædicationis. In tentationẽ. quia diuitię plęrisq; sunt instrumenta peccandi. Cupiditas. in græco nõ est simpliciť cupiditas: sed pecuniæ siue argenti amor: hoc ẽ philagyria. Dolorib9. quia ob diuitias multi pierunt. O homo dei. priuatim hortatur Timotheum ad hæc fugienda. Coram multis testib9. quod fecit in prędicatione sua sępe & quãdo ẽ ad põtificatũ assumptus. Viuificat. idest in quo viuunt. Sub pontio Pilato. quãdo dixit christ9. Ego ad hoc veni i mũdũ: vt testimoniũ perhibeam veritati. Bonã confessionem. scilicet præcipio. Mandatum. scilicet prædicationis euangelicę. In aduentum. scilicet in articulo mortis tuæ. Suis temporibus in die iudicij. Cætera patent.

Feria. vi. beati Pauli ad Thimo. i. Cap̃. vi.

CHarissime. Nihil intulim9 in hũc mũdum haud dubiũ; qa nec auferre quid possumus. Habentes autẽ alimenta: & quibus tegamur: his cõtenti simus. Nam qui volũt diuites fieri: incidunt in tentationẽ: & in laqueũ diaboli; & desideria multa inutilia & nociua: quæ mergũt homines in interitũ & perditionẽ. Radix enim omniũ malorum est cupiditas, quam quidẽ appetẽtes errauerunt a fide; & inseruérũt se dolorib9 multis. Tu autem o homo dei hæc fuge. Sectare vero iusticiam; pietatẽ; fidẽ; charitatẽ; patientiam: & mansuetudinem. Certa bonũ certamen fidei. Apprehende vitã æternam in qua vocatus es: & cõfessus bonam cõfessionẽ corã multis testibus. Præcipio tibi corã deo q viuificat oĩa & christo Iesu q testimoniũ reddidit sub pontio Pilato bonã cõfessionẽ; vt serues mãdatũ sine macula irreprehẽsibile vsq; in aduentũ dñi nři Iesu christi: quẽ suis tẽporibus ostẽdet beatus & solus potens; rex regũ & dñs dominantiũ. q sol9 habet imortalitatẽ; & lucẽ habitat inaccessibilẽ quẽ null9 hoĩm vidit: nec videre põt. Cui honor & ĩperiũ sempiternũ. Amẽ.

Dominica. xvi. Beati Pauli ad Ephesios. Capite. iij.

FRatres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis; quæ est gloria vestra. Huius rei gratia;

¶ Dominica. xvi. post trinitatem.

OBsecro vos ne deficiatis. Ex epistola Pauli ad Ephesios capite tertio. vbi in originali habetur: propter quod peto ne deficiatis. idest quia confidẽtiam habeo per christũ exaudiri; oro. In tribulationibus meis. quas sustineo pro vobis. Deficiatis. scilicet territi. Gloria vestra. scilicet si non deficiatis.

Huius rei.scilicet ne deficiatis. Omnis paternitas. quia est prima:qua pa-
ter per naturam genuit filium. Virtutem. scilicet patientiæ. Corrobarari:
idest vt corroboremini. Christum habitare. idest vt christus habitet. In
charitate.quæ est propria christianorum virtus. Conprehendere.idest co-
gnoscere. Longitudo:latitudo:sublimitas:& profundum. omnes dimēsio
nes numerat per quas in
telligit deum omnia con
tinentem : qui tamen nō
comprehenditur. Scire
etiam.idest vt sciatis. Su
pereminentem.idest quę
vincit cognitionē. Hoc
negaret Thomas qđ cha
ritas dei vincit scientiā.
Plenitudinem. idest do-
nis quæ datur cum chari
tate. Ei autem. repete ab
inferioribus sit gloria.
Superabundanter. idest
abundantius.

¶ Feria quarta sequenti.

Videte ne quis vos decipiat. Ex epi-
stola ad Colossēn.
capite.ij. In quo aposto-
lus hortatur illos ne de-
cipiātur a pseudo apo-
stolis. Per philosophiā.
quia rationes physicę re
pugnant fidei. Inanem
fallaciam.idest sophisti-
ca argumenta ab homi-
nibus inuenta ex princi-
pijs naturalib⁹ & nō ex
fide. Corporaliter quia
verbum assumpsit natu
ram humanā,hoc est cor
pus & animam. In illo.
idest per illum. Repleti:
scilicet gratia. In expo-
liatione carnis. idest prę
putij ablatione. In circū-
cisione christi. idest ba-
ptismum:quod successit
circuncisioni. Surrexi-
stis.ad vitā gratię. Ope-
rationis dei. idest quam
deus operatur. Et vos
cum mortui.ordo est:&

flecto genua mea ad patrem dñi nostri Iesu
christi:ex quo omnis paternitas in cœlis &
in terra nominat̄:vt det vobis scd̄m diuitias
gloriæ suæ:virtutē corroborari p spūm ei⁹
in interiori hoīe: habitare christū p fidē in
cordib⁹ vestris. In charitate radicati:& fūda
ti: vt possitis comprehendere cum omnib⁹
sanctis: q̄ sit latitudo;longitudo ;sublimitas:
& profundum. Scire etiam supereminentē
scientiæ charitatem christi : vt impleamini
in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui
potens est omnia facere super abundanter
quam petimus aut intelligimus; secūdum
virtutem quæ operatur in nobis. Ipsi glo-
ria in ecclesia; & in christo Iesu in omnes ge
nerationes sæculi sæculorum. Amen.

Feria quarta beati Pauli
ad Colossēn. Cap̄.ij.

FRatres. Videte ne quis vos decipiat
per philosophiam : & inanem fallaciā
secundum traditionem hominum ; secun-
dum elementa mundi ; & non secundum
christum ; quia in ipso inhabitat omnis ple-
nitudo diuinitatis corpalit̄: & estis in illo re
pleti:qui est caput omnis principatus & po
testatis. In quo & circuncisi estis;circuncisio
ne non manufacta in expoliatione corpo-
ris carnis:sed in circūcisiōe iesu xp̄i:cōsepul
ti in baptismo: in quo & surrexistis per fidē
operationis dei: qui suscitauit illum a mor-
tuis. Et vos cum mortui essetis in delictis:
& præputio carnis vestræ:cōuiuificauit cū

cōuiuificauit vos cū illo.i.a peccatis vos erexit:& resurgēs quēadmodum & ille resurrexit: quia resurrectio christi fuit nostræ resurrectionis causa.

¶ Feria sexta sequenti.

QVicūq; iniuriā facit. Ex ep'la ad Colossenses partim.iij.partim.iiij. capitibus.nā in fine capitis tertij verba sunt. qui iniuriā facit. &c̄. nam quia supra dixerat: quomodo se inuicē debe rent habere diuersæ ho minum conditiones:tūc infert q̄ quisq; sui ope ris mercedē accipiet. Do mini q̄d iustū est. initiū est quarti capitis: & q̄a dixit in capite superiori de seruis in dn̄os: nūc de dominis in seruos. In cœ lo. cui daturi estis rōnē. orationi. hoc ad oratio nes pertinet. Ostium ser monis. i. libertatem ad prædicādum euangeliū. Vinctus sum. i. in carce re ne p̄dicem verbū dei. quod factū est ephesi vn de scribit. Vt manifestē illud. iūge ei quod dixit. apiat nobis ostiū. Qui foris. i. extra ecclesiam. Tēpus redimentes. idest oportunitatē hoc facien di captantes. Sale condi tus. i. gratus audientib9, non molestus: & est con ditus penultima longa a cōdio.is. Vt sciatis. quia cuiusq; personæ inspiciē di est conditio.

illo donans vobis omnia delicta. Per iesum christum dominum nostrum.

Feria.vi. beati Pauli ad Colos-senses. Capite.iij.&.iiij.

FRatres. Quicunq; iniuriam facit; reci piet id quod inique gessit; & nō est per sonarum acceptio apud deum. Domini q̄d iustum est & æquum seruis præstate: scien tes quoniam & vos dominū habetis in cœ lo. Orationi instate vigilantes in ea in gra tiarum actione; orantes simul & pro nobis: vt deus aperiat nobis ostiū sermonis ad lo quēdum mysterium christi. Propter quod etiam vinctus sum; vt manifestem illud: ita vt oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt: tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit con ditus; vt sciatis quomodo oporteat vos vni cuiq; respondere.

Dominica. xvij. Beati Pauli ad Ephesios. Capite.iiij.

FRratres. Obsecro vos ego vinctus in domino; vt digne ambuletis vocatiōe qua vocati estis: cū omni humilitate & mā suetudine: cum patientia supportātes inui cem in charitate. Sollicitiserуare vnitatē spi ritus in vinculo pacis. Vnū corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocatio nis vestræ. Vnus dominus: vna fides: vnū baptisma: vnus deus: & pater omnium qui sup omnes: & per omnia: & in omnibus no bis: qui est benedictus in sæcula sæculorū.

¶ Dn̄ica. xvij. post trini.

OBsecro vos ego vi ct9 in dn̄o. Ex ep'la Pauli ad Ephesios cap̄.iiij. In quo Ephesios ap'ls instituit in morib9 christianis. Vinct9. nam quo tēpore hanc scripsit epistolā in vinculis erat. In dn̄o. i. propter dn̄i ob sequiū. Vocatione. qua vocati estis. i. pie & iuste

vt fideles decet. Supportantes inuicem.idest mutuos defect9 tollerantes. Vnitatem spiritus.idest ecclesiæ quam facit spiritus sanctus. Vnū corpus. scilicet mysticū sub.sitis. Vocationis vestrę ad fidē christi. In vna spe.s.vitę æternę. Vnus dominus.sub.est cui omes seruitis. Vnus deus & pater.s. per creationē. Sup oēs.ꝑ excellētiā. Et ꝑ oia.ꝑ gubernationē. Cętera patēt.

¶ Fra.iiij.q̄ttuor tēpoꝝ.

ECce dies veniunt. Ex Amos propheta cap.ix. In quo ad litteram ponitur tēpli reędificatio: per quam intelligimus euangelij prędicationē. Dicit igitur ecce dies veniunt.i.euangelij diuulgatio. Arator messorē. & calcator vuæ mittentē semē. per quod significatur acceleratio publicationis eunagelij quæ ꝓpagabitur indies: Dulcedinē. s. euangelicę doctrinæ. & per montes intelligit apostolos. per colles doctores. Captiuitatem liberādo eos a potestate diaboli. Ciuitates desertas. cultu diuino destitutas. & ita expone q̄ sequunī de xp̄i cultu.

¶ Alia lectio.

COngregat9 est oīs populus. Ex Neemia.capite. viij. In quo posteaq̄ in superioribus posuit ciuitatis ierusalem instaurationē: hic describit populi congregatio: vt pcaretur dominum ne propter peccata populi iterum euerteretur: Quasi vir vnus.i. vnanimiter. Porta aquarū.quæ alio nomine vocat porta fontis. Librū legis de quo Esdre.vij. Mensis septimi. in quo erat festum tubarum.vt habetur Leuitici. xxiij. Et legit. obscuriora de-

Feria.iiij.quattuor tēporum.Lectō Amos prophetæ,Capite.ix.

HAec dicit dominus, Ecce dies veniūt: & comprehendet arator messorē: & calcator vuæ mittentem semen, & stillabūt montes dulcedinē; & oēs colles culti erunt. Et conuertēt captiuitatē populi mei israel; & ædificabūt ciuitates desertas; & habitabunt in eis. Et plantabūt vineas: & bibēt vinum earum: & facient hortos: & comedent fructus eorum. Et plātabo eos super humū suā: & non euellā eos vltra de terra sua: quā dedi eis. Dicit dominus omnipotens.

Lectio libri Neemiæ. Cap.viij.

INdiebus illis. Cōgregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam quæ est ante portam aquarum. Et dixerunt Esdræ scribæ: vt afferret librum legis Mosi quem p̄cepit dominus israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos librum coram multitudine virorū ac mulierum: cunctisq̄ qui poterant intelligere in die prima mensis septimi. Et legit in eo in platea quæ erat ante portam aquarum: a mane vsq̄ ad medium diem: in conspectu virorum & mulierum & sapientiū. Et aures omnis populi erāt erectę ad librū. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquēdum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo; & benedixit Esdras domino deo magno. Et respondit omnis populus. Amen amē. Eleuantes autem manus suas incuruati sunt:

clarãdo. Erectę. vt attentius audirent. Gradum ligneum. quasi cathedram siue sedem: sed hic non sedebat: sed stabat pedibus insistens: & interponuntur hic quidam assessores: quos prętermisit: quia non faciũt ad rem. In gradu. suo. idest in cuneis inferioribus ꝙ Esdras. Nolite lugere. lugebãt & flebant cum audirent verba legis. Bibite mulsum. idest vinum melle cõditũ.

& adorauerunt deum proni in terra. Porro leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autẽ stabat in gradu suo: & legerũt in libro legis dei distincte; & aperte ad intelligẽdũ. Dixit autem Neemias sacerdos & Esdras scriba: & leuitę interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatꝰ est domino deo nostro: nolite lugere; & nolite flere. Flebat eñ oĩs ppl's cũ audiret verba legis. Et dicit eis. Ite & comedite pinguia & bibite mulsum; & mittite partes eis qui non pręparauerunt sibi. quia sanctus dies dñi est; & nolite cõtristari. Gaudiũ etenim domini est fortitudo nostra.

Feria. vi. Lectio Oseæ ꝓphetę. Cap. xiiij.

HAec dicit dominus deus. Conuertere israel ad dominum deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba; & conuertimini ad dominũ: & dicite ei. Omnem aufer iniquitatẽ: & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorũ nostrorum. Assur non saluabit nos. Super equos non ascendemus: nec dicemus vltra dij nostri opera manuũ nostrarũ: qa eiꝰ qui in te est misereberis pupilli. Sanabo cõtritiones eorum; diligam eos spontanee: quia auersus est furor meꝰ ab eis. Ero quasi ros: israel germinabit quasi lilium: & erũpet radix eius vt libani. Ibunt rami eius: & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt libani. Conuertentur sedentes in vmbra eiꝰ: viuent tritico; & germinabunt quasi vinea.

Gaudium domini. idest gaudentes spiritualiter. In dño est fortitudo nostra. i. confortatio.

¶ Feria. vi. sequenti.

COnuertere israel ad dñm. Ex Osee propheta cap. xiiij. In quo ꝑmissa decem tribuũ punitione subdit diuinę misericordię ꝓmulgationẽ. Qm̃ corruisti. idest a statu gratię cecidisti. Verba. s. duplicia in peccatarum confessione. Accipe bonum. i. sacrificium de bonis & facultatibus nostris. Vitulus labiorum. i. sacrificia laudis ex ore nostro. Assur. idest rex assyriorũ: quasi dicat: non cõfugimus alio petituri salutẽ. Sup equos. quasi dicat: non aliunde petemus auxilium ꝙ a te. Pupilli. i. eius qui nõ habet patrẽ: cuius modi erat israel ante christi aduẽtum. Sanabo: hoc dicit propheta in persona christi. Spontanee.; idest antequã ipsi diligant me. Quasi ros. vnde Esaię. lv. Rorate cœli desuper & nubes pluãt iustum. Radix eius. idest ecclesiæ qui est christus. Vt libani. siue thuris siue montis phœnices: nã vtrũq; significat. In vmbra eius. scilicet christi. Viuent tritico. idest eucharistiæ sacramento.

Quasi vinea.vnde saluator. Ioan.xv.Ego sum vitis. Vinum libani.quod generosum est prope montem illum. Exaudiam.orationes eius. Dirigam. in viam salutis.Ego vt abietem.subaudi faciã eum. Fructus tuus.Ex tertia ad secundam personam facit transitum. Quis sapiens.paucitatem credentium admiratur propheta. Quia recte.& vide raritatem credentium.

Loquutus est dominus ad Mosen.Ex leuitico capite.xxiij. vbi agit de festo expiationis: quo tempore descendit Moses de monte portans secundas tabulas.Affligetis animas.scilicet ieiunijs & vigilijs. Offeretis holocaustũ. de quo in libro numerorũ cap.xxix. Die nono mensis septimi .hoc est pridie ei⁹ diei:qui est expiationis, & hoc quia festa hebreorum frequẽter incipiebant a vespere diei precedentis.Cætera vsq; ad finẽ epistolę per se manifesta sunt.

¶ Alia lectio.

Quintodecimo die mensis.Ex Leuitico.capite.xxiij vbi agitur de festo tabernaculorum:quod referebat temp⁹ illud quo filij israel vagabantur in deserto:in desertis habitantes. Celebrabitis ferias.idest dies festos religiose obseruandos.Fructus arboris pulcherrimæ.non constat quæ sit arbor hęc.sunt qui dicãt esse citrum : sed neq; adhuc quæ sit citrus inter viros doctos constat satis cum in eo genere sint complures species. Spathulas palmarũ . has græci vocãt spadices.& sunt

Memoriale ei⁹ sicut vinum libani. Effraim quid mihi vltra idola: Ego exaudiam & dirigam eum:ego vt abietẽ virentem ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiẽs & intelliget ista : intelligens & sciet hæc: Quia rectæ viæ dñi : & iusti ambulabunt in eis. Preuaricatores vero corruent in eis.

Sabbato. Lectio libri Leuitici. Cap̃.xxiij.

IN diebus illis. Loquutus est dominus ad Mosen:dicens. Decimo die mẽsis huius septimi:dies expiationum erit celeberrim⁹: & vocabitur sanctus.affligetisq; animas vestras in eo:& offeretis holocaustũ domino: Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius;quia dies propitiatiõis est:vt propitietur vobis dominus deus noster. Oĩs anima quæ afflicta non fuerit die hac:peribit de populis suis: & quę operis quidpiam fecerit:delebo eam de populo suo.Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationib⁹ & habitaculis vestris. Sabbatum requietionis est ; affligetisq; animas vr̃as. Die nono mensis a vespere vsq; ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Dicit dñs omnipotẽs.

Lectio libri Leuitici. Cap̃.xxiij.

IN diebus illis. Loquutus est dominus ad Mosen:dicens. Quintodecimo die mensis septimi:quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatũ.idest requies: sumetisq; vo-

siliquæ ille in quib9 nascunt palmulæ siue dactyli. Ligni densarũ frondiũ. necq̃ arbor hęc q̃ sit: manifestũ est: nisi ad quãcunq̃ referatur quæ modo sit frondosa: vmbraculis. idest scęnis. vnde & scęnopegia dicũtur. idest tabernaculorum fixiones.

bis die primo fruct9 arboris pulcherrimæ; spathulasq̃ palmarũ; & ramos ligni densafrondium; & salices de torrente; & lætabimini coram domino deo vestro. Celebrabitisq̃ solemnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternũ erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis: & habitabitis in vmbraculis septem dieb9. Omnis qui de genere est israel manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri q̃ in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cum educerem eos de terra ægypti; ego dominus deus vester.

Lectio Micheæ prophetæ. Cap̃. vij.

DOmine deus noster. Pasce populum tuum in virga tua: gregem hæreditatis tuæ habitãtes solos in saltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes & confundentur super omni fortitudine sua. Quoniam quis deus similis tui qui aufers iniquitatẽ: & trãsfers pctm̃ reliquiarũ hæreditatis tuę? Non immittet vltra furorem suũ: quoniã volens misericordiam est. & reuertetur & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris om̃ia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob: misericordiã Abraã: quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis: Domine deus noster.

Lectio Zacharię prophetæ; Cap̃. viij.

IN dieb9 illis. Factum est verbum domini ad me: dicẽs. Hæc dicit dñs exercituum. Sicut cogitaui; vt affligerẽ vos cũ ad iracundiam me prouocassent patres vestri; & non

¶ Alia lectio.

DOmĩe de9 noster. Ex Michea pphe ta cap̃. vij. Vbi denunciat populo consolationem post reditum captiuitatis ex Babilonia. In virga. sicut pastores virga siue baculo vtuntur. Solos in saltu. idest in solitudine saltuosa. Iuxta dies antiquos. i. sicut fecisti in exitu israel de ęgypto. Videbunt gẽtes. idest finitimi perturbabũtur de nostra prosperitate. Surde erunt. i. audire nolẽt. Similis tui. quasi dicat: nemo. Aufers iniquitatem per pœnę medicinã. Non immittet. ex secũda persona trãsit ad tertiam. Proijciet in profundum. idest faciet eas non apparere ad punitionem. Dabis virtutem. iterũ reuertitur ad secundam personam. Veritatem Iacob. i. promissiones factas patrib9 nostris.

¶ Alia lectio.

FActum est verbũ domini. Ex Zacharia ppheta. in quo agitur de promissione reędificationis Ierusalem, & quod deus miserebitur israel. Sicut cogitaui. quia tunc erat illis irat9: nunc vero placatur, & respicit ad tempus messię potius quam ad Ierusalem restitutionem.

Verba. idest opera ex verbis meis. Iudicat. sine personarum acceptione. In portis vestris. quia in portis ciuitatum reddebatur ius. Vnusquisqȝ ne cogitetis. solœcismus est in sermone latino. Ieiunium quarti. scilicet mensis in quo capta fuit Ierusalem. Ieiunium quinti. in quo templum & ciuitas combusta sunt. Ieiunium septimi. in die expiationis. Ieiuniũ decimi quando rumor captiuitatis iudęorũ peruenit ad eos qui erant in babylone. erit in gaudium. idest cõuertet in prosperitatẽ.

Alia lectio.

ANgel9 domini descendit cum Azaria. Ex Daniele capite. iij. sed iam exposita est supra in sabbato post dominicam in quadragesima: & meminit iterum in vigilia trinitatis:

¶Ex epistola pauli.

Alia lectio.

TAbernaculũ factũ est. Ex epistola ad hebręos capete. ix. In quo tabernaculum & sacerdotiũ veteris legis comparat christo: in cuius figura fiebãt illa. Tabernaculũ primum erat illa pars vnde ingrediebantur in templum. Candelabrum. immo vnum erat candelabrum habẽs septẽ lucernas ex oleo ardentes. Et mensa & propositio. idest semptẽ panes in mensa propositi. Dicitur sancta. quoniam interior dicebatur sancta sanctorum. Post velamentum: idest cortinam intermediam. Aureum thuribulum. &c. Exodi. xxv. habẽs munera. Exodi. xvi. Virgam Aaron: Numeri. xvij. Super q. supradicta. Cherubin glorię. s. dei cui angeli seruiunt. Obũbrantia. scilicet

sum misertus: sic cõuersus cogitaui in diebus istis: vt bñfaciã Ierusalẽ & domui iuda. Nolite timere. Hæc ergo sum verba quę facietis. Loquimini veritatẽ vnusquisqȝ cum ꝓximo suo. Veritatẽ & iudicium pacis iudicate in portis vr̃is. Et vnusquisqȝ malũ contra amicũ suũ ne cogitetis in cordibus vr̃is: & iuramentũ mendax ne diligatis. Omnia eñ hæc sunt q̃ odi: dicit dñs. Et factũ est verbũ dñi exercituũ ad me dicẽs. Hęc dicit dñs exercituũ: ieiuniũ quarti: & ieiuniũ quinti: & ieiunium septimi; & ieiuniũ decimi erit domui iudæ in gaudiũ & lætitiã: & in solẽnitates præclaras. Veritatẽ tm̃ & pacẽ diligite. Hæc dicit dominus exercituum.

Lectio Danielis ꝓphetæ. Cap. iij.

IN dieb9 illis. Angelus dñi descendit cum Azaria & socijs eius in fornacẽ; & excussit flammã ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis quasi vẽtũ roris flantẽ. Flãma autẽ diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouẽ: & incẽdit quos reperit iuxta fornacẽ de caldæis ministros regis qui eã incendebant. Et nõ tetigit eã omnino ignis: nec contristauit: nec quicqȝ molestiæ intulit, &c. vt supra in vigilia natalis dñi.

Ex ep̃la beati Pauli ad Hebręos. Cap. ix.

FRratres. Tabernaculũ factum est primũ in quo erãt candelabra: & mensa; & propositio panũ: quę dicitur sancta. Post velamentũ autem: secũdũ tabernaculũ qđ dicitur sancta sanctorũ; aureũ habens thu-

ribulũ:& arcã testamenti circuntectam: ex omni parte auro; in qua erat vrna aurea habens mãna;& virga Aarõ:quę fronduerat: & tabulę testamenti. Super quæ erant cherubin gloriæ obumbrantia propiciatoriũ: de quibus nõ est modo dicendũ per singula. His vero ita cõpositis:in priori quidẽ tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorũ officia consummãtes. In secundo vero semel in anno solus pontifex:nõ sine sanguine:quẽ offerret ꝓ sua:& populi ignorantia. Hoc significante spiritu sancto nondum propalatã esse sanctorum viã : adhuc priori tabernaculo habente statũ. Quæ parabola est tẽporis instantis. Iuxta quã munera & hostiæ offeruntur; quæ nõ possunt iuxta consciẽtiam perfectam facere seruientem solũmodo in cibis;& in potibꝰ; & in varijs baptismatibus:& iusticijs carnis:vsqꝫ ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistẽs põtifex futurorum bonorum per amplius:& perfectius tabernaculũ non manufactũ:idest non huius creationis:neqꝫ per sanguinem hircorum aut vitulorũ; sed per propriũ sanguinẽ introiuit semel in sancta:æterna redemptione inuenta.

Dominica.xviij. Beati Pauli ad Corinthios.i. Capite.i.

FRatres. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quæ data est vobis:in christo Iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omĩ ṽbo & in omĩ sciẽtia. Sicut testimoniũ xpi cõfirmatũ ẽ in vobis: ita vt nihil desit vobis ĩ vlla grã expectãtibus reuelationẽ dñi nostri Iesu christi.

aliȷ̃s suis. In priori tabernaculo. quę pars dicebãt sancta. Sẽper introibãt, idest quotidie cõsummãtes.s. per incendiũ. In secundo. idest intra sancta sanctorum. Non sine sanguine.scilicet in anno semel. alias aũt sine sanguine intrabat. Significante spũ sancto.s. q̃d via perueniendi ad cœlestia:nõdum erat patefacta. Priori tabernaculo. idest veteri legi manente. Quæ parabola.i.figura. Tẽporis instantis. i. præsentis hoc est nouę legis. Iuxta quam.s.parabolam. Perfectum facere. s. a peccatis mundando. Seruiẽtẽ in cibis & potibus. in lege iussis:& baptismatis. idest ablutionibꝰ a lepra. Christus autẽ. hæc clausula iam fuit enerrata dominica in passione.

¶Dominica.xviij. post trinitatem.

GRatias ago Deo meo semp. Ex eplã.i. ad coriñ. cap. i. In quo posita salutatiõe agredit eplę materiã.dicitqꝫ in primis se agere grãs. &c̃. In grãs dei. i. ꝑpter gratiã. Diuites facti.i.abũdãtes. In illo.i. ꝑ illũ. In omni verbo: & sciẽtia.q̃a baptizati accepto spũ sancto hæc accipiebãt. Testimoniũ confirmatũ.i. firmit' iudicatũ.alioqui nõ esset recta sciẽtia si a xpi testimõio discordaret. Expectantibꝰ.s.in diem iudicij. Sine crimine. i. pctõ mortali.

¶Feria.iiij.sequenti.

NEscitis quia templum dei estis. Ex prima ad Corinthios epistola capite.iij. Nam posteaq̃ dixit quod decipiẽs fideles per falsam doctrinam in maius crimen incurrit quã si templum materiale incenderet: tunc infert. Templum dei. idest in quo deus spiritualiter habitat. Templũ violauerit. corrumpendo & violando per falsam doctrinam. Disperdet illum. in æternum. Se seducat. arrogando sibi sapiẽtiam. Sapiens in hoc sæculo. idest sapientia humanit9 ad inuẽta. Vt sit sapiens. scilicet sapientia diuina. Scriptũ est. Iob capite.v. In astutia. idest in sophismatis argute excogitatis. E iterum psal. xciij. Nemo glorietur. conclusio est principaliter intenta. Sed in omnibus Iesus christus: hoc a concinnatore officij adiectum est.

¶ Feria sexta sequenti.

NOn enim in sermone. Ex.i.ad Corinthios. epistola capite.iiij.&.v. Nam in fine prioris capitis apostolus pollicitus est se venturum ad illos ad dignoscẽdum inter illos: qui nitebantur inflati sermone & non in veritate doctrinę. deinde subiungit. Nõ enim in sermone. idest in verbis inanib9: sed in veritate. In virga. idest vt castigem vos acriter increpando. An in charitate. idest clementer admonẽdo: & de quo sit increpaturus ostendit. Inter gentes. idest gentiles qui viuunt sola naturæ lege. Inflati estis. idest superbi & dedignantes huiusmodi scelera castigare. Cõgregatis vobis. idest simul vobiscum.

Qui & cõfirmabit vos vsq; in finẽ sine crimine. In die aduentus dñi nr̃i Iesu christi.

Feria.iiij. beati Pauli Coriñ.i. Cap̃.iij.

FRatres. Nescitis quia tẽplum dei estis; & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit; disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est: quod estis vos: Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo; stultus fiat; vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi: stultitia est apud deum. Scriptũ est enim. Comprehendam sapiẽtes in astutia eorum. Et iterum. Dñs nouit cogitationes sapientium; quoniam vanæ sunt. Itaq; nemo glorietur in hominibus; sed in omnibus Iesus christus.

Feria sexta Beati Pauli ad Corinthios. Capite.iiij.&.v.

FRatres. Non enim in sermone est regnum dei; sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos; an in charitate & spiritu mãsuetudinis? Omnino auditur fornicatio inter vos; & talis fornicatio: qualis nec inter gẽtes: ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis: vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore; pręsens autem spiritu iam iudicaui: vt præsens eũ; qui sic operatus est; in nomine dñi nostri Iesu christi: congregatis vobis: & meo spiritu cum virtute domini Iesu; tradere huiusmodi hominem

Tradere sathanæ. idest extra fidelium comunionem eiicere. In interitum carnis. idest vt faciat pœnitentiam in carne, sicut in carne peccauit. In die domini. idest in die mortis ¶Dominica.xx. post trinitatem.

REnouamIni spiritu. Ex epistola ad Ephesios cap.iiij. In q̃ quia dixerat deponendam esse veterem conuersationem: & veterem hominẽ: hoc est veteris hominis peccata. nunc dicit renouandos esse: & induendũ nouum hominem. idest christũ per imitationẽ. Scdm deũ quantũ ad humanam naturã. In veritate. quia non fuit in illo dol9. Mendacium. quod veritati opponitur. Inuicem mẽbra. ex quo alt̃ alterũ defraudare nõ debet. Irascimini. ex. p̃s. iiij. Nolite peccare. igit̃ ira potest esse citra peccatũ: modo sit a ratione modificata. Sol non occidat. quia vt Oratius ait. Ira furor breuis est: quæ si durat vertitur in odiũ. Qui furabatur. ante cõuersionẽ. Magis laboret. vnde habeat necessaria, non modo sibi sed etiam unde aliis largiri possit.

sathanæ in interitum carnis; vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu christi.

Dominica. xix. beati Pauli ad Ephesios. Capite. iiij.

FRatres. Renouamini spiritu mẽtis vestrę: & induite nouum hominem: qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Propter quod deponẽtes mendacium; loquimini veritatẽ vnusquisq; cum proximo suo: quoniã sumus inuicem mẽbra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestrã. Nolite locum dare diabolo. Qui furabat̃: iam non furetur. Magis autem laboret operando manib9 suis: quod bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Feria. iiij. Pauli ad Thessalonicenses. ij. Capite. ij. & iij.

FRtres. State & tenete traditiones q̃s didicistis; siue per sermonem; siue ꝑ epistolam nostram. Ipse autẽ dominus noster iesus christus & deus & pater noster qui dilexit nos: & dedit consolationem æternam & spem bonã in gratia: exhortet̃ corda vestra; & cõfirmet in omni opere & sermone bono. De cætero fratres orate ꝓ nobis: vt sermo dei curret & clarificetur: sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominib9. Non enim omnium est fides. Fidelis autẽ deus est qui cõfirmabit vos; & custodiat a malo. Cõfidimus autem fratres: de vobis in dño: q̃m quæcunq; præcipim9

¶ Feria. iiij. sequẽti.

STate & tenete traditiones. Ex epistola ad Thessalonicenses capite secundo & tertio. cõstat enim ex fine prioris & principio sequentis capitis. Itaq; inducit illos ad perseuerandum in bonis operib9. State. idest perseuerate. Traditiones. pręcepta. Per sermonẽ. in p̃sentia. Per epistolam. in absentia. Ipse autem deus. bene precatur illis. Orate ꝓ nobis. & quid debeant orare ꝓ eo subdit. Vt sermo dei. idest euangelium quod

prædicamus. Currat & clarificatur. s. per omnes gentes. quẽadmodum & apud vos cucurrit; & clarificatũ est. Liberemur ab importunis. s. pseudo apostolis: & perturbãtibus verbũ dei. Non omniũ. quia nondũ adhuc oẽs gẽtes p me crediderũt. Fidelis deus. in suis promissis adimplendis. Custodiet a malo. i. a persecutione ob acceptã fidẽ. De vobis. i. de vr̃a obedientia nobis exhibita. Dñs aũt dirigat. ad implendũ sua mãdata. In charitate dei. scilicet erga proximos. Et in patientia christi. erga persecutores vestros.

¶ Feria. vi. seq̃nti.

Omnis anima potestatib9. Ex epistola ad Romanos capite. xiij. In q̃ apostolus eos instituit: & primo quomodo se debeant habere minores erga maiores. Potestatibus. idest p̃latis: quoniã prelatio illa est a deo. Boni opis. sed mali: quia sicut p illorum officia reprimũtur mali: ita etiã pmouẽtur boni. Potestatẽ. i. iusticię p̃sidẽ. Time. s. iudicẽ illũ. Gladiũ portat. quo puniat criminosos. In irã. i. punitionẽ & vindictã: ex eo qđ malũ agit.

Dominica. xx. post trinitatem.

Videte quoniã caute ambuletis. Ex epistola ad Ephesios. capite. v. In quo inducit illos ad imitãdum christi sapientiam. Caute ambuletis. malorũ cõmercia fugientes. Redimentes tempus. i. habita oportunitate bonis operib9 insistẽdo. Mali sũt. i. bene agendi facultatẽ impediẽtes. Fieri imprudẽtes. i. de futuris improuidi. Volũtas dei: qui vult oẽs homines saluos fieri

& facitis; & facietis. Dñs autẽ dirigat corda & corpora vestra in charitate dei & patientia christi.

Feria. vi. ad Romanos. Cap̃. xiij.

FRatres. Omnis anima potestatib9 sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Quæ autem sunt: a deo ordinata sunt; Itaq3 qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autẽ resistunt: ipsi sibi damnationem acquirũt. Nã principes non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autẽ non timere potestatẽ? bonũ fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autẽ male feceris: time. Non em̃ sine causa gladium portat. Dei em̃ minister est; vindex in iram ei; qui malum agit.

Dominica. xx. Beati Pauli ad Ephesios. Capite. v.

FRatres. Videte quomodo caute ambuletis; non quasi insipientes: sed vt sapiẽtes; redimẽtes tẽpus: qm̃ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes: quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuia: sed implemini spiritu sancto; loquentes vobismet ipsis in psalmis; hymnis; & canticis spiritualibus: cantantes & psallentes in cordib9 vestris domino. Gratias agentes semper pro omnib9 in nomine domini nostri Iesu christi deo & patri; subiecti inuicem in timore christi.

ex illorū bonis operibus. Inebriari vino. qđ rationem excęcat. Spiritu sancto. qui nō habitat nisi in sobrijs. Loquētes vobismetipsis. i. inuicē: & qđ loqui debeant exprimit. s. psal'os. hymnos & cantica spiritualia. In timore christi. qui timor est charitati annexus.

Feria quarta Beati Pauli ad Thessaloni. ij. Capite. iij.

FRatres. Denunciamus vobis in nomine domini nostri Iesu christi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: & non secundum traditionem quam acceperūt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. Quoniam non inquieti fuimus inter vos: neq; gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione nocte ac die operantes: ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos: hæc denunciabamus vobis: quoniā si quis non vult operari; nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete; nihil operantes: sed curiose agentes. His autem qui huiusmodi sunt; denūciamus; & obsecramus in domino Iesu christo: vt cum silentio operantes suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes In christo Iesu domino nostro.

Feria sexta Beati Pauli ad Timotheū. i. Cap. vi.

CHarissime. Pręcipe diuitibus huius sęculi non sublime sapere; neq; sperare in incerto diuitiarū: sed in deo viuo qui pręstat nobis oīa abūde ad fruēdū: bene agere diuites fieri in omnib⁹ operibus bonis.

¶ Feria quarta sequēti.

DEnūciam⁹ vobis. Ex epistola Pauli secūda ad Thessalonicēn. capite. iij. Et continuatur lectio epistolæ superiori quæ legebatur feria. iiij. post dñicā. xix. itaq; nūc instituit Ephesios ad mali euitationē. Subtrahatis vos. euitando illius cōsortiū. iuxta illud psalmographi. cum peruerso peruerteris. Quā acceperūt. verbo. s. & opere. Imitari nos. & in quo debeant imitari ostēdit. Inquieti. i. ociosi. s. laborantes. Laborantes. vt ex labore nostro victū quęramus. Habuerim⁹ potestatē. s. accipiēdi a vobis necessaria. Formam darem⁹. i. exēplum quod vos imitaremini. Ingete. i. negociose: sed in rebus q̄ non ad rē: sed ad curiositatē pertinent. Cū silentio operantes. i. quieti & pacifici. Panē suum. i. suo labore acquisitū. Deficere. i. destruere: nam actiuum est.

¶ Feria. vi. sequenti.

PRęcipe diuitib⁹ huius sæculi. Ex epistola Pauli ad Timoth. cap. vi. Et est clausula totius epistolæ: in qua Timotheum docet quomō instituere debeat diuites. Sublime sape. i. in supbiā erigi. In icerto. q: a sūt ipeprio fortunę subiecti. Pręstat abūde. tā in psenti tēporalia q̄ in futuro ętna.

Bene agere. repete a superioribus precipe. In bonis operibus quæ sunt veræ diuitię. Tribuere & communicare. bona sua temporalia. Thesaurizare. quod in euangelio saluator pręcipit.

¶ Daminica. xxi. post trinitatem.

COnfortamini in dño. Ex epistola ad Ephesios. cap. vi. In quo apostolus instituit Ephesios in moribus: exhortando illos ex spe & confidentia: quam habere debent post fidem acceptã. Armaturã dei. qa arma militiæ nr̃æ nõ sunt carnalia: ideo spũalia: hoc est virtutibus. Aduersus carnem & sanguinem. i. homines mortales. Principes. potestates. rectores. i. dęmones nobis insidiantes. Spiritualia nequitię. idest malos spiritus. In cœlestibus. idest in hoc aëre caliginoso. In die malo. idest in p̃senti vita. vbi est tentationis pugna. In omnibus. scilicet prosperis & aduersis. succincti lumbos. scilicet cingulo castitatis. In veritate. idest non hypocrisi. Lorica iusticiæ. i. omni virtute, quæ est propria armatura. In pręparatione euangelij. idest ad prædicandum christi euangelium.

¶ Feria quarta sequẽti. Finis pręcepti est charitas ex prima ep̃la Pauli ad Thimoth. capite. i. In quo apostolus pręcepit non esse intẽdendum legalibus obseruantijs & genealogijs indeterminatis: quæ nihil conferunt ad diuinę legis complementum: sed magis impediunt: dicit igitur quod finis pręce-

Facile tribuere: communicare: thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: vt apprehendant vitam æternam.

Dominica. xxi. Beati Pauli ad Ephesios. Capite. vi.

FRatres. Confortamini in domino: & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quia nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo: & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: & induti loricã iusticiæ: & calciati pedes in pręparatione euangelij pacis. In omnib⁹ sumẽtes scutũ fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeã salutis assumite. & gladium spirit⁹ quod est verbum dei.

Feria. iiij. ad Thimotheũ. i. Cap. i.

CHarissime. Finis pręcepti est charitas de corde puro: & conscientia bona; & fide nõ ficta. A quibus quidam aberrãtes: cõuersi sunt in vaniloquiũ: volentes esse legis doctores nõ intelligẽtes: neq̃ q̃ loquuntur: neq̃ de quib⁹ affirmãt. Scim⁹ aũt qa bona est lex: si quis ea legitime vtatur. Sciẽtes hoc quia iusto lex non est posita: sed iniustis & non subditis: impijs & peccatoribus: sce-

ptic est charitas. De corde puro quantū ad appetitum. Conscietia: quantū ad intellectū. Fide non ficta. idest vera & non simulata. quia oris confessio fit ad salutem Conuersi sunt in vaniloquium. asserendo quod necesse est legalia obseruari. Legis doctores. cū nō fuerint discipuli. Legitime vtatur. puta moribus semper cerimonialibus vsq; ad christum. Lex non est posita iusto. quia iustus non cohibetur timore pœnę. Nō subditis. i. rebellib9. Plagiarijs. i. qui vendūt liberos pro suis: quod capitale crimē est. Sanę doctrinę. & quæ sit doctrina sana subdit: q̄ est secūdum euangelium: cui cōcordat omis veritas: qd̄ euāgeliū creditū ē mihi: subaudi p̄dicādū iudæis & gētilib9. Gratias ago ex hoc. i. quod mihi credita ē euangelij p̄dicatio.

leratis & cōtaminatis patricidis: matricidis: homicidis: & fornicarijs: masculorum concubitoribus: plagiarijs: mendacibus: periuris. Et si quid aliud sanę doctrinę aduersat: que est secundum euangelium gloriæ beati dei (quod creditū ē mihi.) Gratias ago ei q me confortauit In christo iesu dn̄o nostro.

Feria sexta Beati Pauli ad Timotheum. i. Capite. ij.

CHarissime. Veritatem dico; non mentior: Doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in om̄i loco; leuātes puras man9 sine ira & disceptatiōe. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate; ornantes se nō in tortis crinibus; aut auro; aut margaritis; vel veste preciosa. sed qd̄ decet mulieres promittētes pietatem per opera bona. Mulier in silētio discat cum omni subiectione. Docere autē mulieri non permitto: neq; dominari in virum; sed esse in silentio. Adam enim prim9 format9 est: deinde Eua: & Adam non est seductus: mulier autem seducta in pręuaricatiōe fuit. Saluabitur autem per generationem filiorum; si permanserit in fide; & dilectione: & sanctificatione cum sobrietate.

Dominica. xxij. Beati Pauli ad Philippenses. Capite. i.

¶ Feria sexta sequenti. VEritatē dico. Ex prima ad Timotheū ep̄la. cap̄. ij. In quo dicit se prædicatorem & apostolū. hoc est a deo missum: quod sibi non arrogasse nūc dicit. sed reuera de eo gloriatur. In fide & veritate. i. in ijs q̄ pertinēt ad fidē & mores: in quib9 cōsistit veritas. In omni loco. i. non solū in ecclesia. Leuātes. per quod significatur mentis eleuatio. Disceptatione. cū proximis cōtrouersia. Similit̄ mulieres. subaudi orare volo. Cum verecundia. quæ proprie est fœminarum virtus & puerorū. In tortis crinibus. i. calamistratis. Pietatem. i. pietatis opera in sumptus pauperū huiusmodi vestium precia distribuendo. Discat. idest non doceat. Esse silentio. viro non contradicendo. Adam primus. atq; proinde mulieri præferendus. Saluabitur aūt. non docēdo. sed per prolis educandę industriam.

¶ Dominica.xxij. post trinitatem.

COnfidimus in domino iesu. Ex epistola ad philippenses, capite.i. paucis verbis immutatis: in originali sic est confidens hoc ipsum: quia qcepit. &c. In quo loco apostolus Philippenses facit beniuolos cũ dicit se de illis bene sperare. Vsq; in diem christi. iudicium finale intelligit.

Sentire. s. de bono principio bonum finem sperare: cum pſertim vos diligam. Socios. quia gaudetis de victoria mea ĩ euãgelij pdicatione. In omni scientia. nam crescẽte charitate crescit scientia. Vt probetis. i. eligatis & approbetis meliora. Synceri. idest mundi in vobis. Sine offensa. in pximis. Fructu iusticię. idest bonis operibus.

FRatres. Confidimus in domino Iesu: quia qui cœpit in vobis opus bonum: pficiet vsq; in diẽ christi Iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnib[9] vobis: eo q habeam vos in corde & in vinculis meis: & in defensione & confirmatione euangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est deus quomodo cupiam oẽs vos esse in visceribus christi iesu. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu. vt probetis potiora: & sitis synceres & sine offensa in diem christi; repleti fructu iusticiæ per Iesum christum in gloriam & laudem dei.

¶ Feria quarta sequẽti.

MAnifeste est magnũ pietatis. Ex ep̃la ad Timotheum prima. partim ex calce capitis tertij: partim ex capite. iiij. vbi agitur de Timothei institutione ad ecclesiam pertinere. Pietatis sacramentum. scilicet de verbi incarnatiõe. Iustificatum in spiritu. scilicet sancto iusticiam christi testificante. Apparuit angelis. quod antea per experientiam non cognouerunt. Assumptũ in gloria. cũ resurrexit a mortuis. Spiritus. s. sanctus. Nouissimis temporibus. s. Antichristi. Spiritus erroris. idest ducẽtibus in errorẽ. In hypocrisi. i. sanctitate simulata. Cauteriatam conscientiã. idest diaboli cauterio inustã. Prohibentium nubere. qsi hoc sit malũ. Abstinere a cibis, quasi illicitis.

Feria. iiij. Beati Pauli ad Timotheum. i. Capite. iij. & iiij.

CHarissime. Manifeste est magnũ pietatis sacramẽtum; quod manifestum est in carne: iustificatum est in spiritu: apparuit angelis: prædicatum est gentibus. creditum est in mundo: assumptum est in gloria. Spiritus autẽ manifeste dicit: quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide: attendẽtes spiritibus erroris & doctrinis dęmoniorum in hypocrisi: loquentium mendacium & cauteriatam habentium suam cõscientiam: prohibentiũ nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiẽdum cũ gratiarũ actione fidelibus: & ijs qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est: & nihil reijciendum: quod cũ gratiarum actione percipitur. Sãctificatur

Sanctificatur enim. ratio cur est bona. Hæc proponēs. quod nuptię nō sunt malæ nec cibi illiciti. Deuita. quia talia non faciunt ad nostram fidē. Ad pietatem. idest ad religionem. Exercitatio corporis. per ieiunium & vigilias. Ad modicum. scilicet ad subijciendum menti carnem.

em̄ per verbū dei & orationē. Hæc proponens fratribus bonus eris minister christi Iesu: enutrit⁹ verbis fidei: & bonæ doctrinæ quā assecutus es. Ineptas aūt aut inanes fabulas deuita. Exerce aūt teipsum ad pietatē. Nam corporalis exercitatio ad modicū vtilis est: pietas autē ad oīa vtilis est: promissionē habēs vitæ; q̄ nunc est & futuræ.

Feria sexta beati Pauli ad Timotheum .i. Cap. iiij. & .v.

CHarissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc em̄ laboramus: maledicimur & dijudicamur: qa speramus in deū viuū q est saluator omniū hominū, maxime fidelium. Pręcipe hęc & doce. Nemo adolescētiā tuā contēnat: sed exēplum esto fideliū: in verbo; in cōuersatione, in charitate: in fide; in castitate. Dū venio attende lectioni: exhortatiōi; & doctrinę. noli negligere gratiā q̄ est in te: quę data est tibi p̄ prophetiā cū impositiōe manuū p̄sbyterij. Hęc meditare: ī his esto: vt p̄fectus tu⁹ manifest⁹ sit omnib⁹. Attēde em̄ tibi & doctrinę: insta in illis. Hoc em̄ faciēs & teip̄m saluū facies: & eos q te audiēt. Seniorē ne increpaueris; sed obsecra: vt patrem. Iuuenes vt fratres. Anus vt matres. Iuuēculas vt sorores in oī castitate. Viduas honora q̄ verę viduę sūt. Si qua autē vidua filios aut nepotes habet: discat primū domū suā regere. & mutuā vicem reddere parētib⁹. Hoc em̄ acceptū est coram deo.

Dñica. xxiij. bti Pauli ad Philip. Cap̄. iij.

¶ Feria. vi. sequenti.

FIdelis sermo. Ex .i. epistola ad Timotheum. partim capite. iiij. partim. v. & continuatur epistolæ superiori. vbi inducens Timotheū ad virtutis exercitium dicit. Fidelis sermo. idest verus & dign⁹ acceptiōe: quia vtilis capientibus. Speramus in deum. qui retribuet nobis laborum mercedem. Adolescentiam contemnat. erat enim in ea ętate: sed hortatur illū vt opera senis faciat. In verbo. idest doctrina. In conuersatione. i. vitę sanctimonia. Attende lectioni. sacræ scilicet scripturæ: vt possis alios exhortari & docere. Data est per prophetiam. nam Paulo reuelatum est hunc vtilem futurū ecclesiæ: atq; ideo ordinandum. Præsbyterij. idest episcopat⁹. Hæc meditare. idest doctrinā. In his esto. scilicet opere exequēdo. Seniorem. posuit modum dicendi generalem: nunc personas diuersarum condicionū in specie. Veræ viduæ. qm̄ quæ fornicatur non est in hoc ordine. Filios aut nepotes. qui indigēt illius educatione. Parentibus. si parentes habet.

¶ Dominica. xxiij. post trinitatem.

Imitatores mei estote. Ex epistola ad philippenses cap. iij. In quo postea quã apostolus posuit se in exemplum Philippensibus: nunc inducit illos ad se imitandum. Formam nostram. idest præcepta quæ illis tradidi. Multi ambulant. s. viam peruersam. Flẽs dico. subaudi esse. Interitus. i. mors æterna. Et gloria. quoniam in eo gloriatur. In cœlis est. per spem & fidem. Expectamus venturum. s. ad iudicium. Reformabit. scilicet in resurrectione. Humilitatis nostræ. i. corruptionis. Corpori claritatis suæ. i. sicut & ipse cum glorioso corpore resurrexit. Secundum operationem. i. virtutẽ operãdi. Subijcere sibi. etiam ad nihilum redigendo.

¶ Feria quarta sequẽti. Fidelis sermo. nã si cõmortui. Ex epl'a ad Timotheũ secũ cunda cap. ij. in quo loco veris prędicatoribꝰ gloria promittit. fidelis sermo: idest verus est quem dico. Commmortui propter euangelij prędicationem. Cõuiuimus. s. cum eo. Si sustinebimus. scilicet labores. Si negauerimus. scilicet illum. Si non credimus: scilicet ab illo puniendos nos esse. fidelis in veritate iusticię. Se ipsum. idest iusticiã suã: & est idem. Testificans. idest testem illum inuocans. Cõtendere verbis. scilicet cum falsis prædicatoribus ad subuersionem audientium. qui loquacioribus magis credunt. Exhibere deo. subdi & non hominibus: vt faciunt hypocritę. Incõfusibilem. s. faciens quæ in confusionem tuam redũdẽt. Profana. procul a religiõe. Proficiũt. imo

FRatres. Imitatores mei estote; & obseruate eos qui ita ambulant: sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis. Nunc autem & flẽs dico inimicos crucis christi: quorum finis interitus; quorum deus vẽter est: & gloria in confusione ipsorum: qui terrena sapiunt. Nostra autem cõuersatio in coelis est. Vnde etiam saluatorem expectamꝰ dominum nostrum iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostrę; cõfiguratum corpori claritatis suæ: secundũ operationem virtutis suæ; qua possit etiam subijcere sibi omnia. In christo iesu dño nro.

Feria quarta ad Timotheum. ij. Capite. ij.

CHarissime. Fidelis sermo. Nam si cõmortui sumus: & conuiuemus. Si sustinebimus; & conregnabimus. Si negauerimus: & ille negabit nos. Si non credimus: ille fidelis permanet: negare seipsum nõ potest. Hæc commone testificans coram deo. Noli verbis contendere. Ad nihil enim vtile est: nisi ad subuersionem audiẽtium. Sollicite autem cura teipsum probabilẽ exhibere deo: operarium inconfusibilem: recte tractantem verbum veritatis. Profana autem & vaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum in cãcer serpit. Ex quibꝰ est Hymeneus & Philectus; qui a veritate exciderunt dicẽtes: resurrectionem iam factam: & subuerterũt quo

officiunt & nocent. Serpet. idest tendat ad corruptionem veritatis. Resurrectionem factam. decepti eo quod saluator dicit. Ioannis quinto. qui credit ei qui misit me: vitam æternam habet: & in iudicium non veniet. Stat. scilicet in resurrectione spes. Signaculū hoc. quod subditur. Qui sunt ei9. subaudi serui. Ab iniquitate. qua negatur mortuorum resurrectio. In magna domo. comparat vasa vtensibilia hominib9 bonis & malis.

rūdam fidē. Sed firmū fundamētū dei stat: habens signaculū hoc. Cognouit domin9 qui sunt eius. & discedit ab iniquitate omīs qui inuocat nomen domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea: sed etiam lignea & fictilia: & quędam quidem in honorem; quædam in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis: erit vas in honorem sanctificatum: & vtile dño ad omne opus bonum paratum.

¶ Feria. vi. sequenti.

IMitatores mei estote. Ex epistola pd Philippenses cap̄. iij. sed iam exposita est in domica superiori.

Feria sexta beati Pauli ad Philippēses. Cap̄. iij.

FRatres. Imitatores mei stote: & obseruate eos qui ita ambulant. &c. vt sup̄.

Dominica. xxiiij. post trinitatem.

NOn cessamus pvobis. Ex epistola ad Colossens. cap̄. ij. In quo apostolus ostendit se beniuolum Colossensibus: dum orat pro illorum fœlici consumatione. Agnitione voluntatis eius. idest diuinam volūtatem cognoscatis. Ambuletis digne. tendētes in patriam. In scientia dei. per contemplationem. In omni virtute. scilicet morali quantum ad appetitum. Confortati. scilicet per gratiam. Longanimitate. idest tollerantes mala ex spe certa.

Dominica. xxiiij. Beati Pauli ad Colossenses. Capite. i.

FRatres. Non cessamus pro vobis orantes & postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis dei in omni sapientia & intellectu spiritali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes. In omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei. In omni virtute confortati secundum potētiam claritatis eius: in omni patientia & longanimitate cum gaudio In christo Iesu domino nostro.

¶ Feria sexta sequenti.

VIdete itaq3. Ex epistola ad Hebręos partim. iij. partim iiij. capitibus. & quia ex psalmo Paulus adduxerat illud. quadraginta annis proximus fui genera

Feria quarta beati Pauli ad Hebræos. Capite. iij. & iiij.

FRatres. Videte itaq3 ne forte sit in aliquo vestrum cor malū incredulitatis

tioni huic. &c. nunc subdit. Videte fratres ne sit in vobis cor malum. idest volũtas mala. Adhortamini vosmetipsos. conscientias vestras examinando. Donec hodie cognominetur. in græco pro donec est dum. & hodie dicitur totum tempus ab aduentu christi primo ad secundum. Vt nõ obduretis. alludit ad illud quod in eodem psalmo dicitur. Nolite obdurare corda vestra. Initium substãtiæ. idest fidei quæ est substantia rerum sperandarum. infra caput vndecimũ. ideo subdit. Hodie (vt supra expositum est) idest tẽpore gratiæ. In illa exacerbatione. de qua in eodem psalmo. Quidam. non tamẽ oẽs. sed illi qui volebant reuerti in Aegyptum. Quib9 infensus est: quasi dicat: illis tantum qui audientes verba exploratorum volebant retrocedere. Prostrata sunt. idest in pœnam suę rebellionis. quoniam non introierũt in terram a deo promissam. Increduli. idest qui deo per Mosen non crediderunt. Relicta pollicitatione. idest prædicta dei promissione. Nobis nũciatum est. scilicet de requie æterna: sicut illis de temporali. Non admixt9 fidei. quia non crediderunt: quẽadmodũ dixit. scilicet ecõtrario si introibunt.

¶ Dominica. xxv. Post trinitatem.

ECce dies veniunt dicit dominus. Et suscitabo Dauid. &c. Ex Ieremia propheta capite. xxiij. In quo describitur coniunctio dei veri & hominis: cuius vera humanitas ostenditur cum dicit. Dauid germen iustum. idest propagatum ex illius semine. Regnabit rex. non de hoc mun-

dicedendi a deo viuo: sed adhortamini vosmetipos p singlos dies: donec hodie cognominetur; vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim christi effecti sumus. si tamen initium substantiæ eius vsq ad finem firmum retineamus; dũ dicitur. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra; quemadmodũ in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt; sed non vniuersi qui profecti sunt ab egypto per Mosen. Quibus autem infensus est quadraginta annis; nonne illis qui peccauerunt: quorũ cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis qui increduli fuerunt? & videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiẽ eius: existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex his quæ audierũt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus in dominum Iesum xp̃m.

Dominica vigesima quinta. Lectio Ieremiæ prophetæ. Capite. xxiij.

ECce dies veniunt dicit dominus: & suscitabo Dauid germen iustum; & re-

do: sed de quo Matthęi vltimo. Data est mihi potestas in cœlo & in terra. Saluabitur iuda. idest omnis qui deum confitetur (nam iuda confessio interpretatur.) Israel quod interpretatur visio dei: quod poti9 ad ecclesiam triumphātem pertinet. Iustus noster. idest iustificans noster. quia dei proprium est iustificare. Qui eduxit filios israel. quasi dicat: beneficium illū antiquum de liberatione ex ęgypto oblitterabitur: & frequentabitur memoria recentioris beneficij: hoc est de restitutione regni israel. de quo dicitur in psalmo dispersiones israelis congregabis. De terra aquilonis. idest a septētrione & ab omnib9 alijs mundi partibus: quia gentium vocatio ad omnes pertinet. In terra sua. idest in ecclesia militante primum. & postea in triumphante.

gnabit rex & sapiens erit; & faciet iudiciū & iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda; & israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dominus; & non dicent vltra viuit dominus: qui eduxit filios israel de terra ægypti: sed viuit dominus qui eduxit: & adduxit semen domus israel de terra aquilonis: & de cunctis terris: ad quas eieceram eos illuc. & hanitabūt in terra sua; dicit dominus omnipotens.

Feria quarta beati Pauli ad Thessalon. ij. Capite. i.

FRatres. Gratias agere debemus deo semper pro vobis (ita vt dignum est.) Quoniam super crescit fides vestra: & abundat charitas vniuscuiusq; vestrum in inuicem. ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia vestra & fide; in omnibus persecutionibus & tribulationibus vestris: quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei; vt digni habeamini in regno dei: pro quo & patimini. Si tamen iustū est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiem nobiscum: in reuelatione domini nostri Iesu Christi: de cœlo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non

¶ Feria quarta sequenti.

GRatias agere debemus deo semper. Ex epla ad Thessalonicenses secunda cap. i. in quo loco reddit illos beniuolos: cum dicit se deo gratias agere qđ illorum fides crescat. Ita vt dignū ē. subaudi fieri. In vos gl'iemur. i. de vobis. In eccl'ijs dei: ꝑponēdo vos alijs in exemplū. In exēplum iusti iudicij dei. i. ꝑ hoc sensibilit' apparebit iudiciū dei esse iustum: patientiam vestrā pręmiando. Retribuere. idest repēdere malū pro malo. In reuelatiōe. idest quando veniet ad iudicium. in quo omnia reuelabuntur hominum opera. Cum angelis. executoribus diuini iudicij.

Dantis vindictam. idest facientis vltionem. A facie domini. idest ex senten tia egredientur ex eius ore.

¶ Feria sexta sequenti.

NOn lateat vos quia vnus dies. Ex Petri apostoli secunda epistola ca pite tertio. quia in superioribus mentionem fecit de die iudicij: nunc de tempore tollit dubitationem. Sicut mille anni. scilicet apud nos. Et est sumptũ ex psalmo. lxxxix. Mille inquit anni ante oculos tuos quasi dies externa. Non tardat promissum. idest promissi retributionem. Quidam existimant. negantes futurum iudicium. Patiẽter agit. iudicium differendo. Propter vos. vt iusti merendo proficiant & mali per pœnitentiam redeãt. Dies domini. idest iudicij vltimi. Vt fur. idest repente. Cœli transient. per ignis conflagrationem. Calore. idest eodem igni. Cum igitur. ex dictis infert quod solliciti esse debemus de illa die tremenda. Quales. quasi dicat: sollicitos & paratos. Nouos cœlos. non alios: sed hos renouatos. Esaiæ sexagesimo quinto. Ecce ego creo cœlos nouos: & terram nouam. Iusticia habitat. idest habitabit. Hæc expectantes. scilicet iustam retributionem. In pace. scilicet cõscientiæ. Longanimitatem. idest dilationem. Arbitramini salutem. i. augmentũ præmij & meriti vestri reputare.

In dedicatione ecclesiæ

nouerunt deum: & qui non obediũt euangelio domini nostri Iesu christi. Qui pœnas dabunt in interitu æternas: a facie domini & gloria virtutis eius: cũ venerit glorificari in sanctis suis: & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt Iesum christum dominum nostrum.

Feria sexta beati Petri Apli secunda. Capite. iij.

CHarissimi. Non lateat vos quia vnus dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni sicut dies vnus: non tardat dominus promissa: sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos. Nolens aliquos perire: sed omnes ad pœnitẽtiam reuerti. Adueniet autem dies domini vt fur: in quo cœli magno impetu transient. Elementa vero calore soluentur: terra autem & ea quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cũ hæc igitur omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus: expectantes & properantes in aduentum diei domini. Per quem cœli ardentes soluentur: & elemẽta ignis ardore tabescent. Nouos vero cœlos: & nouam terram: & promissa ipsius expectamus: in quibus iusticia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes satagite immaculati & inuiolati apud eum inueniri in pace. Et domini nostri iesu christi longanimitatẽ salutem arbitramini.

Vidi ciuitatē sanctam Ierusalem. Ex Apocalypsi Ioannis capite.xxi. Et notādum est quod dedicatio ecclesię celebratur in die qua quælibet diœceseos ecclesia consecrata est: celebratur quoque metropolitanæ ecclesiæ consecrationis dies: & quibusdam quoque sancti Petri in vrbe Romana dedicatio. & comparatur ecclesia hæc militans illi Ierusalem cœlesti. ideo dicit Ioannes. Vidi Ierusalem nouam. idest societatem sanctorum gloriosam. Sposam ornatam dotibus. quæ comitantur corpora glorificata. Dei cum hominibus. per nuptias spirituales. Quę prima abierūt. quia omia quæ sunt perpessi in ecclesia militante: cessabunt in triumphanti. Qui sedebat. scilicet deus trinus & vnus. Noua facio omnia. scilicet cœlos, terrā, cum aliīs elementis: atque proinde electos meos.

In dedicatione ecclesiæ. Lectio libri Apocaly. Cap̄.xxi.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem sāctam Ierusalem nouam descendentem de cœlo a deo paratā sicut spōsā ornatā viro suo: & audiui vocē magnam de throno dicētem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erūt: & ipse deus cū eis erit eorū deus. Et absterget omnē lachrymā ab ocl'is eorū: & mors vltra nō erit neque luctus: neque clamor: neque dolor erit vltra: qa prima abierūt. Et dixit: qui sedebat in throno. Ecce noua facio oīa.

FINIS.

AEPISTOLAE SANCTORVN PROPRIAE INCIPIVNTVR.

¶In vigilia sancti Andreæ.

BEnedictio dñi super caput. Ex ecclesiastico partim. xliiij. partim. xlv. capitibus: sed paucis verbis immutatis: nam in originali est. Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus: & testamentum suum confirmabit super caput Iacob. & sic autor de Iacob loquitur cui Isaac pater bñdixit prætermisso Esau altero filio. Dedit illi hæreditatẽ abdicato Esau. In tribubus duodecim. hoc facit ad Andream: cui cũ ceteris apostolis saluator dicit. sedebitis & vos duodecim iudicãtes duodecim trib9 israel. Oĩs carnis. idest omnium hominum. Magnificauit eũ. hoc de Mose dicitur: qui corã Pharaone mirabilia fecit illa de quib9 in Exodo. Monstrat. i. ęgypti plagas. In cõspectu regum. scilicet Pharaõis ĩ ęgypto: aliorũ deinde in deserto: & terra canaã. Gloriã suã. idest visionem per essentiã. Exodi. xx. In fide & lenitate. quia fuit fidelis erga deum: & mitis erga homines. Elegit eum. vt illo duce populũ ex ægypto liberaret: & deinde per eum legem traderet. Excelsũ fecit. hoc de Aaron Mosi frater dicitur. sed omnia quę dicta sunt de patriarchis & Mosæ, Aarõ: ad Andream referri possunt.

In festo sancti Andreę.

COrde creditur ad iusticiã. Ex epistola ad Romanos capite. x. Et quia paulo ante dixit. si cõfitearis ore tuo, & corde credideris: saluus eris: nunc infert. Corde creditur ad iusticiã. &c. Scriptura. Esaiæ. xxviij. Nõ est distinctio. quantum ad iusticiam: ad quam omnes tenentur. Diues in oẽs: vt oẽs

Epistolæ propriæ Sanctorum incipiuntur.

In vigilia sancti Andreę. Lectio libri sapientiæ. Ecclesiast. Cap. xliiij. & . xlv.

BEnedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi hereditatem; & dimisit illi partẽ in tribubus duodecim; & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorũ; & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum; & ostẽdit illi gloriam suam: In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum; & elegit eũ ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta: & legem vitæ & disciplinæ. & excelsum fecit illum. Statuit ei testamentũ æternum; & circũcinxit eũ zona iusticiæ: & induit eum dominus stola gloriæ.

In die sancti Andreæ. Beati Pauli ad Romanos. Capite. x.

FRatres. Corde enim creditur ad iusticiam; ore autem confessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non cõfundetur. Non enim est distinctio iudęi & gręci; nam idem dñs omnium; diues in omnibus qui inuocant illũ. Omnis enim quicũq; inuocauerit nomen domini

saluos esse velit. Omnis qui. Ex Ioele.cap.ij. Et tunc procedit gradatim p colorem qui dicitur grecis clima:latinis gradatio. Non crediderunt. quia fides supponenda est christiano. Non audierunt. quia fides supponit auditum. Sine predicante. quia auditus qui disciplinæ sensus est (vt ait Aristoteles) doctore indiget. Nisi mittantur. ab eo.s. qui habet autoritatē & potestatem & potest tā grande mysterium reuelare. Sicut scriptū est. Esaiæ. liij. Euangelizantium.i. prædicatorum. Esaias dicit in eodē capite. Ergo fides. ex superiorib9 colligitur. Per verbū christi. qui hoc mortalib9 reuelauit. Non audierunt. quasi dicat: non possunt excusare se. In omnē terram. ex psal.xviij. que de Andrea dici possunt.

saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt: in quē non crediderunt? Aut quomodo credent ei; quē non audierunt? Quomodo autē audient sine prędicante? Quomodo vero prædicabūt, nisi mittantur? Sicut scriptū est. Quā speciosi pedes euangelizantiū pacem: euāgelizantiū bona. Sed non oēs obediunt euangelio. Esaias aūt dicit. Dñe quis credidit auditui nostro? ergo fides ex auditu: auditus aūt per verbū christi. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidē in oēm terram exiuit sonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.

In festo.s. Barbarę virg. Eccl'iast. Cap.li.

CONfitebor tibi dñe rex; & collaudabo te deum saluatorem meū. Confitebor nomini tuo: qm̄ adiutor & protector fact9 es mihi; & liberasti corpus meū a perditione: a laqueo lingue inique: & a labijs operātiū mendaciū. Et in cōspectu astātiū factus es mihi adiutor. Et liberasti me secūdū multitudinē misericordiæ nominis tui; a rugiētibus p̄paratis ad escā: de manibus quęrentium animā meā: & de portis tribulationū q̄ circūdederunt me; a p̄ssura flāmę q̄ circūdedit me: & in medio ignis non sum æstuata. De altitudine vētris inferi: & a lingua coinquinata: & a v̄bo mēdacij: a rege iniquo: & a lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortē aīa mea dñm: & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circūdederūt me vndiq;: & nō erat qui adiuuaret. Respiciēs eram in adiutorium hominū; & non erat.

¶ In festo.s. Barbarę v̄g.

COnfitebor tibi domine. Ex eccl'iast. cap.li. In quo autor opis deū laudat: agitq; illi gratias pro beneficijs ab illo acceptis: quæ omnia possunt accomodari huic virgini in martyrio positæ. Cōfitebor tibi. pro laudabo te. Protector. i malis. Adiutor. in bonis. A perditione. quam eram subitura sine tua gratia. Lingue iniquæ. qui me criminabantur falso. Astantium. cū plecterer pp̄ter tuā fidē. A rugientibus.i. frementibus in me p̄paratis. Ad escā.i. carnes meas ad deuorandū. A p̄ssura flāmę. quā mihi parabāt vt exurerēt. Aestuata. ab ęstuo. as. ex absoluto fecit participiū: quasi ab actiuo. Vētris inferi.i. eorū q descēdūt ad inferos. A lingua iniusta. repete a superioribus liberasti me.

Vsq; ad mortem. idest per omnem vitam meam Appropinquans erat. nisi me liberasses. Qui adiuuaret. scilicet ex hominibus. Non erat. subaudi qui adiuuaret. Memorata sum. ex actiuo fecit deponens verbum pro memini tuæ misericordiæ. De manu angustiæ. pro eo quod est angentium me. in originali est de manibus gentium. ¶ In festo sancti Nicolai.

PLures facti sunt sacerdotes. Ex epistola ad Hebręos capite. vij. In quo sacerdotiũ Aarõ sacerdotio christi cõparauit: sed illius fuit sacerdotiũ temporariũ: christi autem æternum. Ex quo ĩfert q̃ post Aaron successiue alij sacerdotes fuerũt. Morte permãere. q̃a mortales erãt. Hic autem. idest christ9 post resurrectionẽ. Sẽpiternum: ad illud q̃d dicitur psal. cix. Tu es sacerdos in ęternũ. Accedens p semetipm. ex eo q̃d hõ cõiunctus est naturæ diuinę. Interpellãdũ p nobis. nostrã humanitatẽ patri representãs. Pontifex sanct9. ab instãti conceptionis sine peccato. Segregat9 a peccatoribus. quãtum ad cõtagionẽ: alioq; cũ pctõrib9 versabat. Excelsior cœlis. quãtũ ad naturã diuinã. Pro suis delictis. q̃a sine pctõ q̃d faciebat Aaron & illius successores. Pro populi. s. delictis: & q̃a Nicola9 fuit sacerdos secundũ hũc ordinẽ: iuste de illo legitur: q̃d de christo dictum est.

¶ In cõceptione virginis Marię.

DOminus possedit me. Ex libro Prouerb. Salomonis cap. viij. In quo Salomõ inducit loquẽtẽ sapiẽtiã increatã: hoc est verbũ diuinũ. in quo & p quod oĩa fecit: quę oĩa possunt de virgine deipara dici: & illi accõmodari. Viarũ suarum. idest operum suorum: q̃a vt diximus per eam cuncta operatus est.

Memorata sum misericordię tuæ domine: & cooperationis tuę quæ a sęculo sunt: quoniam erũis sustinentes te domine: & liberas eos de manu angustiæ dñe deus noster.

Sancti Nicolai episcopi.

Ad Hebæos. Cap. vij.

FRatres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem. Idcirco q̃ morte prohiberentur permanere; hic autem eo quod maneat in æternum: sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuũ potest: accedens per semetipsum ad deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex; sanctus; innocens: & impollutus: segregatus a peccatoribus: & excelsior cœlis factus. Qui nõ habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) pri9 pro suis delictis hostias offerre; deinde pro populi. Hoc enim fecit semel: se offerendo Dominus noster iesus christus.

In conceptione beatæ Mariæ.

Prouerbiorum. Capite. viij.

DOminus possedit me in initio viarũ suarum anteq̃ quicq̃ faceret a principio. Ab æterno ordinata sum; & ex antiqs ante q̃ terra fieret. Nõdũ erãt abyssi: & ego iã cõcepta erã. Necdũ fontes aquarũ eruperant; necdũ mõtes graui molle cõstiterãt.

Quicq̃ faceret.idest produceret.Comcepta.idest intra genita in mente diuina.Eruperant. scilicet de cauernis terræ scaturientes.Constiterant.mole sua impendentes.Parturiebar.translatio est a fœminis sub tempus parten⸗di progignebar. Cardines orbis. idest polos circa quos mũdus voluitur. Aderam:quia omnibus his creandis interfui. Vallabat abyssos. profunditates aquarum vallo cingebat: ne egrederentur fines suos. Aethera firmabat.vnde pars illa cœli firmamentum dicitur. Librabat.idest ad libellam dirigebat. i.al niuel. Terminũ suum.idest litora prætendebat. Fundamenta terræ.idest centrum:cui omnia innectũtur. Per singulos dies. æternaliter. Ludẽs.idest quasi per ludum & ociũ fabricans omnia. Cum filijs hominum.per participationem (nam in deo est per essẽtiam.) Audite me. homines ad se capessendam hortatur. Ad põstes ostij. nã postes sunt valuę quę clauduntur & aperiuntur: ostium vero q̃ ingredimur & egredimur quasi domus os. Alia patent:

Ante omẽs colles ego parturiebar. Adhuc terram nõ fecerat & flumina:& cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos aderã:quando certa lege & gyro vallabat abyssos; quando æthera firmabat sursum; & librabat fontes aquarũ. Quando circundabat mari terminum suum; & legem ponebat aquis;ne transirẽt fines suos. Quando appendebat fundamẽta terræ; cum eo erã cuncta componẽs. Et delectabar per singulos dies. Ludens coram eo omni tempore; ludẽs in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam & estote sapientes: & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie:& obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit;inueniet vitã:& hauriet salutem a dñõ.

¶In festo sanctę Leocadię virginis.

Qvi gloriatur in dño.Ex.ij.ad Corinthios epistola.cap.x.&.xi. atq; omia in deũ esse referenda ostẽdit: neq; aliũde gloriam esse petẽdam. Cõmẽdat. idest laudat gloriãdo de bonis. Cõmendat.commendabilem facit per miracula.Sustineretis.idest dissimularetis si i aliquo vobis videor insipiens. Aemulor vos. qa estambiguum ad bonũ & malum:ideo subdit dei ęmu.

Leocadiæ virginis. Beati Pauli ad Corinthios.ij.Capite.x.

FRatres. Qui gloriatur: in domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat:ille probatus est:sed quem deus cõmendat. Vtinam sustineretis modicum quid insipientię meæ: sed & supportate me. Aemulor enim vos dei ęmulatione. Despõdi enim vos vni viro: virginem castam exhibere christo.

Eulaliæ virginis. Lectio libri Sapientiæ. Capite. viij.

latione. Despōdi vos. s. quo tempore nuptias vestras cum christo per fidē & baptismum conciliaui. Exhibere.i. exhibendum christo. Virginem castam.i. vos quasi virginem integram & virtutib9 ornatam: & hoc facit ad festum huius virginis.

¶ In festo sanctæ Eulaliæ virginis.

SApientia vincit maliciam. Ex libro sapientiæ.cap. viij. sed premittitur ex fine capitis septimi clau͂a paucis verbis immutatis. nam pro quod est in originali sapientiam non vincit malicia: concinnator inuertit verba dicens: sapiētia vincit maliciam. Attingit fortit͂. acrimonia sua omnia penetrando. Suauiter. idest cū modestia: & moderatiōe. Hāc amaui. verba sunt auctoris: siue is sit Salomon: siue Philō. & possunt esse huius virginis verba mutatis mutandis. Generositatem. ordo est & sententia: homo habens contuberniū dei. idest familiaritatem: Glorificat. idest laudat. Generositatem illius scilicet sapientię. Dilexit illam. quia facit deo amabiles.

SApientia vincit maliciam. Attingit ergo a fine vsq; ad finem fortiter: & dispo nit omnia suauiter. Hanc amaui & exquisiui a iuuentute mea. Et quæsiui in sponsam mihi eā assumere: & amator factus sum formæ illius. Generositatē illius glorificat: con tubernium habens dei; sed & dn̄s omnium dilexit illā. Doctrix enim est disciplinę dei.

¶ In festo Damasi papæ.

ECce sacerdos magn9. Ex libro ecclesiastici.cap xliiij. & xlv. sed clausula pria aliūde siue a cōcinnatore adiecta: quoniā sub his verbis nō est in tota scriptura sacra. Sacerdos magnus. idest pontifex siue papa: vt fuit Damasus. Reconciliatio. quia deū iratum nobis cōciliauit: aut fuit irenarcha. idest pacificator inter iratos: Iureiurando. ad illum videtur alludere: quod est in psal͂. lix. Iurauit dominus: tu es sacerdos. &c̄. Benedictionem omnium gentium. hoc de Isaac legitur in sensu litterali. Omniū gentiū. q͂a oēs benedicent illū. Super caput ei9. in originali sup caput Iacob. Testamētū.i. pactū q͂d pepigit cū Abraā. Magnificauit illū. hoc iā de Mose loquit̃ autor Ecl͂iastici: sed hęc oīa in supiorib9 exposita sunt.

Damasi papæ. Ecclesiast.

Capite. xliiij. & xlv.

ECce sacerdos magnus; qui in dieb9 suis placuit deo; & inuentus est iustus: & in tempore iracundię factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gētium dedit illi: & testamentū suum confirmabit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis; cō seruauit illi misericordiam suam; & inuenit gratiam coram oculis domini; Magnificauit illum in cōspectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentū sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungit̃ sacerdotio. & habere laudē in noīe ipsi9: & offerre illi incēsum dignū in odorē suauitatis.

¶ In festo sanctæ luciæ virginis.

COnfitebor tibi domine rex. & collaudabo te. &c. In festo Barbaræ virginis iam exposita est hæc epistola.

¶ In annunciatione beatæ Mariæ virginis.

Luciæ virginis. Ecclesiast. Capite. li

COnfitebor tibi dñe rex: & collaudabo te saluatorem meum. &c. vt supra.

Cõmemoratio annunciationis beatę Mariæ virginis. Esaiæ prophetæ. Cap. vij.

IN diebus illis. Loquutus est dominus ad Achaz; dicens. Pete tibi signum a domino. &c. vt supra.

Dominici abbatis & confessoris. Lectio libri sapiẽtię. Eccle. Cap. xxxix.

IVstus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: & in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suũ in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit: spiritu intelligentię replebit illum: & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ: & in oratione confitebitur domino. & ipse diliget consilium eius & disciplinam: & in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ: & in lege testamẽti domini gloriabit. Collaudabũt multi sapientiã eius: & vsq; in sæculum non delebitur. Non recedet memoria eius: & nomen eius requiretur a generatione in generationem.

Thomæ apostoli. Lectio beati Pauli ad Ephesios. Cap. ij.

FRatres. Iam non estis hospites & aduenæ; sed estis ciues sanctorum:

LOquutus est dominus ad Achaz. In feria quarta post dominicam tertiam aduentus: hæc prophetia exposita est.

¶ In festo Dñci abbatis.

IVstus cor suum tradidit. Ex ecclesiastici capite. xxxix. vbi legitur nõ iustus: sed sapiẽs. Diluc'lo. i. iã inde ab adolescentia. Deprecabitur. pro sapientiæ acquisitione. Pro delictis. i. delictorum venia. Si voluerit. immo volet. qa petitio ẽ iusta. Et ipse recipiẽs. spiritũ sapientię. Mittet eloquia: docens ignorãtes. Confitebit dño. ad ipm quicqd boni est referendo. Et ipse. s. dñs. Cõsiliabit. s. obscura clari9 sibi reuelando. Ipse. s. sapiẽs a deo illuminatus. Doctrinę suę. i. sibi a dño reuelatę. Multi. nõ dicit oẽs: qa sapiẽtia plerisq; ẽ odiosa Nõ delebit. quia veritas in ęternũ manet. Nõ recedet. inter homies in hoc sæculo durabit: & apud deũ in altero sæculo pręmijs acceptis.

¶ In festo Thomę apl'i.

IAm nõ estis hospites. Ex epistola Pauli ad Ephesios capite. ij. in superiore parte apostol9 egit de vocatione gentiũ nunc ex eo infert. Ergo non estis hospites. idest extranei: sed in numerũ sanctorum recepti.

Domestici dei.i.familiares.Superędificati.idest fundamento ecclesię impositi. Angulari lapide. de illo intelligit qui in ędificādo templo Salomonis cum non conueniret in aliis locis: tandem ad duos parietes connectēdos mirum in modum cōgruit. per quod significabatur christus qui fecit vtraq; vnum.idest iudæos & gentiles.de hoc lapide legitur in psalmo.cxvij.Lapidem quē reprobauerunt ędificantes:hic factus est in caput anguli. Cōstructa.scilicet ex iudæis.Coędificamini.cum aliis fidelibus.

& domestici dei. Supædificati supra fundamentū apostolorum:& prophetarum.ipso summo angulari lapide christo Iesu: ī quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino.In quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto.

¶ In festo sancti Isidori.

Optaui & datus est mihi sensus.

Ex libro sapientię capite.vij.In quo postea quā autor ostēdit quod habuit per naturam:nūc infert quid habuit ex sapientia sibi diuinitus infusa.dicit igitur. Propter quod optaui.s.donum sapientiæ.Sensus.i.vt bene de omni re sentirem. Regnis & sedibus. scilicet regalibus. Diuitias.lapidem præciosum aurum. argētū: q̄ omnia fortunæ bona sunt: neq; animi bonis comparanda.Super salutem & speciem.idest pulchritudinem:quæ sunt naturę bona: neq; comparanda sapiētiæ. Pro luce. quæ sic dirigit in spiritualib9 sicut lux in corporalibus. Inextinguibile.i.æterna & in corruptibilis est sapientia:quæ est de rebus diuinis. Innumerabilis honestas. idest numi9 honor: qui est virtus præmium quod sequitur illam:quasi vmbra corpus sequitur. Lętatus sum. Ordo est.quoniam ista sapientia antecedebat me: ideo lætatus sum. Ignorabam.scilicet anteaquam ipsam haberem.Sine fictiōe. idest via recta quia deo optimo doctore.

Sancti Isidori.Lectio libri Sapientiæ. Capite.vij.

Optaui & datus est mihi sensus. & inuocaui:& venit in me spiritus sapientię:& præposui illam regnis & sedibus:& diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Non comparaui illi omnem lapidem præciosum:quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua.& tanq̄ lutū æstimabitur argentum in conspectu illius. Sup salutē & speciē dilexi illā.& ꝑposui ꝑ luce habere illā: quoniā inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. & innumerabilis honestas per manus illius.& lætatus sum in omnibus; quoniam antecedebat me ista sapientia: & ignorabam: quoniam omnium bonorum mater est.Quam sine fictione didici:& sine inuidia communico.& honestatem illius non abscondo.

¶ In festo Stephani prothomartyris.

STephanus plenus gratia. Ex actibus apl'orum. capite. vi. & vij. vbi Lucas prosequitur historiā de beato primo christi teste. Prodigia. idest. miracula contra naturā. Libertinorum. glosa dicit a regione hos fuisse dictos. qđ si ita est ab Eleutheropoli vrbe iudeæ dictos esse oportet: quæ interpretatur ciuitas liberorum. Cyrenēsiū. a cyrenis vrbe Aphricæ nobili. Asia. scilicet ꝓprie dicta. Qui loquebatur. subaudi in eo. Audiētes hæc. Ex capite. septimo. quod postea quā audierunt Stephanum longa oratione perorantem. Dissecabantur. idest rūpebantur nimia ira. Voce magna. ne verba Stephani audirentur. Continuerūt aures. ne talia audirent. Testes. qui lapidabant illum. Qui vocabatur Saul9. qui postea cognominat9 ē Paul9. & ex ꝑsecutore fact9 est apl's.

Stephani ꝓthomartyris. Lectio Actuum apostolorū. Cap. vi.

IN diebus illis. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga q̃ appellabatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexādrinoꝝ: & eorū qui erāt a Cilicia & Asia disputātes cum stephano: & nō poterāt resistere sapiētię & spiritui qui loquebatur. Audiētes aūt hęc: dissecabantur cordib9 suis: & stridebāt dentibus in eum. Cū autē esset Stephanus plenus spiritusancto: intēdēs in cœlū: vidit gloriā dei: & iesum stantem a dextris: & ait. Ecce video cœlos apertos: & filiū hominis stantē a dextris virtutis dei. Exclamātes voce magna continuerunt aures suas: & impetū fecerunt vnanimiter in eū. & ejciētes eū extra ciuitatē: lapidabāt. Et testes deposuerūt vestimēta sua secus pedes adolescētis q vocabatur Saulus: & lapidabāt Stephanū inuocantē: & dicentē. Dñe iesu accipe spiritū meū. Positis aūt genibus clamauit voce magna: dicēs: Dñe ne statuas illis hoc peccatū. & cū hoc dixisset: obdormiuit in dño.

In natali sancti Ioannis euangelistæ. Lctō eplę beati Pauli apostoli ad Ephesios. Capite. i.

FRatres. Bñdictus deus & Pater dñi nři Iesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestib9 in christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōsti

¶ In festo Ioānis Euang.

BEnedictus deus & pater. Ex epistola ad Ephesios cap. i. In quo illos ad gratiarū actionem inducit ex beneficiis quæ a deo acceperūt. Deus & pater. duas exprimit personas. & tertiam cum dicit, qui benedixit nos: nā benedictio spirit9 sancti donum est. In christo. idest per christum: quia per illum quasi per mediatorem proueniunt nobis dona. Elegit nos in ipso. idest in filio: qui est patris sapientiæ per quam nos elegit. Ante mundi cōstitutionem. idest ab æterno: cuius effectus facta est hoc tempore. In conspectu eius. nam in conspectu hominum possunt videri tales & non esse: cuiusmodi sunt hypocritæ.

In charitate.sine qua nullum est meritum. Per iesum christum. cuius fratres nos sumus per adoptionem in ipsum patrem relati. Voluntatis suæ.a qua dependet electio & pdestinatio. Gratificauit nos. idest gratos sibi fecit. In filio.idest per filium suum. Redemptionem & remissionem peccatorum. & hoc per eius passionem.

¶ Ad missam maiorem.

QVi timet deum faciet bona. Ex ecclesiastico capite.xv.In quo ponitur acqsite sapientię fruct9: & primo quibus conceditur: hoc est deū timentibus. Cōtinēs iusticiæ. idest iusticiā tenēs. Apprehendet illam. scilicet sapientiam. Obuiauit. idest inueniet illam sibi se offerentem.Honorificata: & ipsa honesta & honestos faciens. A virginitate. idest tanq̄ spōsa sponsum. Pane vitæ. de quo saluator: non in solo pane viuit homo. In illo. scilicet deo firmiter inhęrendo. Continebit illū. scilicet ne cadat. Os eius.ad docendū populum. Stolla gloriæ. veste sacerdotali.apud Romanos stola vestis erat matronarum insignę castitatis. Cętera patēt.

¶ In festo sanctorū Innocentium.

VIdi supra montē sion. Ex apocalypsi Ioannis capite.xiiij. In quo describitur quo pacto Ioannes vidit agnum: idest christum stipatum multitudine sanctorum. Montē sion per quem intelligitur ecclesia triumphās. Centū quadraginta q̄tuor. hoc est ex qualibet tribu duodecim millia. Nomē ei9. scilicet agni.

tutionem; vt essem9 sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui pdestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum christum in ipsum secundum propositū volūtatis suæ in laudē gloriæ & gratiæ suę: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: i quo habemus redemptionem: per sanguinē ei9 remissionē peccatorū secundū diuitias gratiæ eius; quæ superabūdat in nobis Per Iesum christum dominum nostrum.

Ad missam maiorē. Eccle. Cap̄. xv.

QVi timet deū faciet bona; & qui cōtinens est iusticiæ apprehendet illā: obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibauit illum pane vitę & intellectus: & aqua sapiētiæ salutaris potabit illum. & firmabitur in illo: & non flectetur; & continebit illū; & non confundetur: & exaltabit illum apud pximos suos. Et in medio ecclię aperuit os eius; & implebit eum dominus spiritu sapiētiæ & intellectus; & stolam glorię induit eū. Et nomine æterno hęreditabit illum dominus deus noster.

Sanctorū innocentiū. Lectio Apocalypsis beati Ioannis apl̄i. Cap̄. xiiij.

IN diebus illis. Vidi supra montem sion agnum stantem; & cum eo centum quadraginta quattuor millia habentes nomen eius; & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. & audiui vocem de cœlo tanq̄

Et Patris eius. scilicet dei patris. & ex consequenti spirit9 sancti. Citharoedorum. idest vocum non confusarum: sed certa harmonia consonantium. Canticum nouum. quasi ex nouo testamento concinnatum. Ante sedem. scilicet maiestatis dei. Quattuor animalia & seniores. de quibus supra dictum est. Empti sunt de terra. s. de sanguine christi & suo. Virgines. non solum integritate corporis: sed etiam continētes & coniuges hoc nomine cēsentur. Primitię deo. i. primi qui ꝓ nomine dei & christi sanguinē fuderūt: atq; ideo gratiores.

voce aquarū multarū: & tanq; vocem tonitrui magni. & vocem quam audiui sicut cytharoedorum cytharizātium in cytharis suis. & cantabant quasi canticum nouū ante sedem: & ante quattuor animalia & seniores, & nemo poterat dicere canticum: nisi illa centum quadraginta quattuor millia: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex omnib9 primitię deo & agno: & in ore ipsorum non est inuentum mendaciū, Sine macula enim sunt ante thronum dei.

Thomæ archiepiscopi. Lectio libri Sapientiæ. Cap̄ iij.

IVstus si morte prǫoccupat9 fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna: neq; numero annorum computata. Cani sunt autē sensus hominis: & ætas senectutis vita immaculata. Placens deo: factus dilectus: & viuēs inter peccatores trāslatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius: aut fictio diciperet animam illius. Consummatus in breui: expleuit tēpora multa. Placita enim deo erat anima illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum; quoniā gratia dei & misericordia est in sanctos illius: & respectus in electos illius.

Translatio sancti Iacobi. Ecclesiastici, Capite, xliiij. xlv.

¶ In festo Thomę archiepi Canturiēsis.

IVstus si morte præoccupatus. Ex libro sapientię cap̄. iij. In quo ponitur præeminentia iustorum qui morte immatura sunt rapti. Præoccupatus. anteq; ad senectutem perueniat. In refrigerio. idest in quiete a p̄sentibus malis. Senectus. quasi dicat: satis diu vixit: qui pie sanctecq; vixit. Sensus hominis. idest sapientia illius. Vita immaculata. siue illa sit breuis siue longa. Placēs deo. vnde subdit placita erat deo anima illius. Translatus est. de miserijs mūdi ad requiē: vt dixit Malicia. i. tormēta & aduersitates quę cogunt homines aliquanda degenerare. Fictio. i. simulatio putans esse bonum: quod est malū. In breui. subaudi tempore. Tempora multa. i. opera multorum temporū. De medio iniquitatum. in quas viuēdo poterat incidere. Gratia dei in p̄senti vita & futura.

¶ In trāslatiōne beati Iacobi apostoli.

Benedictio dñi sup caput iusti. Exposita est supra in vigilia beati Andreæ apli.

¶In festo Siluestri. papæ.

Plures facti sunt sacerdotes. Exposita est supra ĩ festo beati Nicolai episcopi.

¶In festo sancti Hilarij episcopi.

Optaui & datus est mihi sensus. Exposita est supra in festo sancti Isidori episcopi.

¶In festo Mauri abbatis.

Beatus vir qui in sapientia. Ex ecclesiastico cap. xiiij. & xv. In quo agitur de virtutũ exercitione in ordine ad deum. In sapientia. quæ est rerum diuinarũ contemplatio. Meditabitur. idest exercebit se. In sensu. idest sensate. Circunspectionem dei. idest quod deus omnia circũspicit. Cibauit illũ. hoc interpositis multis verbis infertur cap. xv. sed iam expositum est in festo sancti Ioãnis apostoli ad missam maiorem.

¶In festo Marcelli papę & martyris.

Ecce sacerdos magnus. Quæ exposita est supra in festo Damasi papę.

¶In festo antonij abba.

Dilectus deo & hominibus. Ex ecclesiastico. cap. xlv. & loquitur de laudibus Mosi: quæ possunt accõ-

Benedictio domini sup caput iusti. Ideo dedit illi hæreditatem: & dimisit ei partem in tribubus duodecim; & inuenit gratiam, &c, vt supra.

Siluestri papæ. Beati Pauli ad Hebræos. Capite. xij.

Fratres, Plures facti sunt sacerdotes secũ dũ legẽ. Idcirco q morte prohibẽt pmanere. Iesus aũt eo q maneat, &c. vt sup.

Hilarij episcopi & doctoris. Lctõ libri sapientiæ. Capite. vij.

Optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui: & venit in me spũs sapientiæ. &c. vt supra.

Mauri abbatis. Ecclesiastici. Capite. xiiij. &. xv.

Beatus vir qui in sapientia morabitur. & qui in iusticia meditabit: & in sensu cogitabit circũspectionem dei. Cibauit illũ pane vitæ & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potauit illum: & firmabitur in illo: & non flectetur: & continebit illum & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. & nomine ęterno hæreditabit illum dominus deus noster.

Marcelli papæ & martyris. Ecclesiastici. Capite. xliiij.

Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo: & inuentus est iustus. &c. vt supra.

Antonij abbatis. Eccle. Cap. xlv.

Dilectus deo & hominibus: cuius memoria in benedictione est: Similem fecit illum in gloria sanctorũ: & magnificauit eum in timore inimicorũ: & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: & iussit illi stare coram po-

modari diuo Antonio. In benedictione. idest in omni bono. In gloria sanctorum. scilicet vidēdo diuinam essentiā. glorificauit illum. hæc iam exposita sunt in vigilia sancti Andreę. ¶ In festo Priscę vginis & martyris.
SApiencia vincit maliciā. Hæc iam exposita est supra in vigilia Eulaliæ virginis & martyris. ¶ Fabiani & Sebastiani martyrum.

pulo suo: & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum: & elegit eū ex omni carne. Audiuit enim vocē ipsius: & induxit illum in nube: & dedit illi cor ad pcepta: & legē vitę & disciplinæ.

Priscæ virginis & martyris. Lctō libri Sapientiæ. Capite. viij.

SApientia vincit maliciam: attingit ergo a fine vsq; ad finē fortiter. &c. vt supra.

Fabiani & Sebastirni martyrū. Lectio epistolæ beati Pauli ad Hebręos. Cap. xi.

FRatres. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiā: adepti sunt repromissiones. Opturauerunt ora leonū: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij. Conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra verterunt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distēti sunt: non suscipiētes redemptionē; vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti: insuper & vincla & carceres. Lapidati sunt; secti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in mellotis: & in pellibus caprinis. Egentes; angustiati; afflicti: quibus dignus nō erat mundus. In solitudinibus errantes; & in montibus; & in speluncis: & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt In christo iesu domino nostro.

SAncti per fidem vicerunt regna. Ex ecclesiastico capite. xl. in superiori parte enumerauit cōplures viros ex iudicibus, regibus, & prophetis. nunc infert. Qui per fidem. quod est opus fortitudinis. Iusticiam. cui reliquæ omnes virtutes cōnexæ sunt. Repromissiones. scilicet factas patriarchis. Ora leonū. quod de daniele scribit Danielis. vi. Impetum ignis. vt in trib9 pueris Danielis. iij. Aciem gladij. quod sæpe fecerūt duces, iudices. & reges israel & iuda. De infirmitate. vt i Ezechia rege. Esaiæ. xxxviij. Castra exterorꝝ. idest alienigenarum. vt Iosuę & Dauid. Mortuos suos. vt mulier Sareptana p orationē Heliæ. & Sunamitis per Heliseū. Distenti sunt. in tormētis positi. Redēptionē. s. a pœna. Resurrectionem. in futura gloria. Lapidati sūt. vt naboth. iij. Regum. xxi. Secti sunt. vt Esaias propheta serra lignea. Tentati sunt. ad idolatriam. In melotis. i. vestibus ex pelle ouiū. aut forte melium. Non erat mūdus. quem odio habebant & fugiebant. Cætera patent.

¶ In festo Agnetis virginis & martyris.

Qui gloriatur in domino. Ex .ij. ad Corinthios epistola cap. x. & xi. atque omnia in deum esse referenda ostendit: neque aliunde gloriã esse petendam. Commendat. idest laudat gloriando de bonis. Commẽdat. cõmendabilem facit per miracula. Sustineretis. idest dissimularetis si in aliquo vobis videor insipiens. Aemulor vos. quia est ambiguum ad bonum & malum. ideo subdit dei ęmulationem. Despõdi vos. scilicet quo tempore ad nuptias vestras cum christo per fidem & baptismum conciliaui. Exhibere. i. exhibendum christo. Virginem castã. idest vos quasi virginem integram & virtutibus ornatam. & hoc facit ad festum huius virginis.

¶ In festo Vincẽtij mar.

Memor esto dominum nostrum. Ex epistola secũda ad Timotheũ: capite partim .ij. partim .iij. Imprimis itaque gloria coelestis prædicatoribus promittitur per christũ resurgẽtẽ: q est causa nr̃e resurrectiõis. Euangelium meũ. idest quod ego prædicaui vobis. Ad vincula. idest carcerem in quo nunc sum. Male operans. idest nocens & criminosus. Non est alligatum. quia etiam in carcere docebat. Propter electos. i. electorum salutem. Fidelis seruus. idest verus est. Tu autem. Timotheum hortat: vt firmiter præstet in euangelij veritate. Meam doctrinã. s. intelligendo. Institutionem. i. mores quos institui. Propositũ. de fidei pdicatione. Fidem. s. articulorum. Longanimitatẽ. idest premij spem. Dilectionem. s. dei & proximi. Patientiã. in aduersis & persecutionibus tollerãdis. Anthiochiæ. q est Pisidię ciuitas. nam alia est ad orientem quę magna:

Agnetis virginis & martyris. Beati Pauli ab Corinthios .ij. Cap. x.

FRatres. Qui gloriatur in dño glorietur. Non enim qui seipsum commendat; ille probatus est; sed quem deus cõmẽdat. Vtinam sustineretis modicum quid insipiẽtiæ meæ; sed & supportate me. Aemulor enim vos dei ęmulatione. Despondi enim vos vni viro: virginẽ castã exhibere xp̃o.

Vincentij martyris. Pauli ad Timotheũ .ij. Cap. ij. & iij.

CHarissime: Memor esto dominũ nostrum Iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum: in quo laboro vsque ad vincula quasi male operans. Sed verbũ dei nõ est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos; vt & ipsi salutem consequãtur: quæ est in christo Iesu cum gloria coelesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam: institutionem: propositum; fidem; lõganimitatẽ: dilectionẽ; patiẽtiam; persecutiones; passiones qualia mihi facta sũt Antiochię. Iconij: Listris. Quales persecutiões sustinui, & ex omnibus eripuit me dñs. & omnes qui volunt pie viuere in christo Iesu persecutionem patientur.

Illefonsi episcopi. Lectio libri Sapientię. Capite .vij.

cognominat. Iconio & Listris. de quib9 in actib9 aplorum capite. xiiij.

¶ In festo Illefonsi Archiepiscopi.

OPtaui: & datus est mihi sensus. Iam exposita est supra in festo sancti Isidori episcopi. ¶ In festo Balbilę & trium puerorum.

OPtaui & dat9 est mihi sensus. Et inuo caui: & venit in me spũs sapiẽtię. &c. vt supra.

Balbilę & trium puerorum. Lctõ libri Sapientiæ. Capite. iij.

IUstorum aiæ in manu dei sunt: & non tãget illos tormẽtũ malicię. Visi sunt oculis insipientiũ mori: & extimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiũ. & qđ a nobis iter exterminij: illi autẽ sunt in pace. Et si corã hominib9 tormẽta passi sunt: spes illorũ imortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponent. Qm̃ deus tentauit eos: & inuenit illos dignos se. Tanq̃ aurũ i fornace ꝓbauit illos: quasi holocausti hostiã accepit eos: & in tẽpore erit respectus illorum. Fulgebũt iusti: & tanq̃ scintillę in arũdineto discurrẽt. Iudicabunt nationes: & dñabuntur populis: & regnabit dominus illorum in perpetuum.

In cõuersione sancti Pauli: Actuũ apostolorum. Capite. ix.

IN dieb9 illis. Saulus adhuc spirãs minarum & cędis in discipulos dñi: accessit ad principẽ sacerdotũ: & petijt ab eo eplas in Damascũ ad synagogas: vt si quos inuenisset hui9 vię viros ac mulieres vinctos ꝑduceret in Ierusalẽ. Et cũ iter faceret: contigit vt appropinq̃ret Damasco. & subito circũfulsit eũ lux de cœlo: & cadẽs i terrã audiuit vocẽ dicẽtẽ sibi. Saule saule q̃d me ꝑseq̃ris? Qui

IVstorũ animę in manu dei sunt. Ex libro Sapieñ. cap. iij. In quo ostendit qđ mors iustorũ: & si vulgo putatur ignominiosa: apud deũ est gl'iosa. In manu dei. in cuius manus cõmẽdam9 spm̃ nostrũ. Tormẽtum malicię. in originali tormẽtũ est mortis. hoc est pœne quã mali patiẽt apud inferos. Mori. i. animã cũ corpore illorum extingui. Exit9 illorum. idest mortẽ esse miserã. Ab itinere iusto. i. a via recta nihil illis ꝓficiẽte abierũt in interitũ opinione illorũ. Illi aũt. qui sic putant exterminati. In pace. i. in requie & gloria. In paucis. q2 nõ sunt multa huius vitę mala illorum bonorũ q̃ expectantur cõparatiõe. Tẽtauit eos. i. experiri voluit an essent ipso digni. Aurũ i fornace. qđ ita purius euadit. Holocausti. cui9 odor ad deũ erigit. In tpe. qm̃ resurgẽt & fulgebũt nationes cũ aplis vt saluator dicit.

¶ In cõuersione. s. Pauli.

SAul9 adhuc spirans. Ex actib9 aplorum cap. ix. In q̃ agit de cõuersione Pauli ex ꝑsecutore in xpi aplm. Spirãs minarũ. i. minas. Et cędis. i. cędẽ: & ẽ cõstructio gręca in huiusmodi verbis cũ genitiuo. Accessit. nõ ꝓuocat9: sed vltro. Eplas. ex quarũ autoritate posset q̃stionẽ exercere. In Damascũ. Sirię. ciuitatẽ nobilẽ. Hui9 vitæ. i. doctrinę xpianę. Saule sau. i gręco.

Saul. saul. quo nomine fuit hebræorum rex primus, sed postea formatione latina fact9 est saulus: deinde Paul9. Quē psequeris. scilicet in mēbris meis. Cōtra stimulum. Ex puerbio dictū est etiam apud Terentiū celebratum contra stimulum calces. Comitabantur cum eo. Ego dicerem comitabātur eū. Trahētes. scilicet qui eū comitabantur. Nomine Ananias. qui ex iudæo factus erat christianus. de quo Actuū. xxij. In visu. in somno. Rectus. quia sunt & vici in vrbibus obliqui. Iudę. ad quem Paul9 diuerterat. Tharsensem. ex tharso vrbe Ciciliæ. Et vidit Paulus. in visione nō solū virū: sed nomē quoq3 illius didicit. Vas electionis. quia quemadmodum sunt vasa quæ fiunt in vsus sordidos. puta scalphium: trulla: matella. ita alia eligūtur in vsus honestos. puta q̄ sunt altaris ministerio comparata. Portet nomen meum. prædicando Christū: christianamq3 religionem. Ostendam illi. per experientiam. Quanta. quam multos labores & pericula. Imp115 plearis spiritu sancto. p baptismum. Tanquam squāmæ. scilicet pisciū. hoc est pustulæ siue scabræ. Huc. i. Antiochiā.

¶In festo Brigidæ virginis.

dixit. Quis es dñe? & ille. Ego sū iesus quē tu psequeris. Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Et tremēs ac stupēs: dixit. Dñe quid me vis facere? Et dominus ad eum. Surge & ingredere ciuitatē; & ibi dicet tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti: audientes quidem vocem: neminem autem videntes. Surrexit autē Saulus de terra; apertisq3 oculis nihil videbant. Ad manus autem illū trahētes; introduxerunt Damascū. Et erat ibi tribus diebus nō videns: & nō māducauit: neq3 bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias. & dixit ad illum in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. & dominus ad illū. Surge & vade in vicum qui vocatur rectus: & quere in domum iudę Saulū nomine Tarsensem. Ecce enim orat. & vidit virum Ananiam nomine introeuntem: & imponentē sibi manus: vt visum recipiat. Respondit autem Ananias. Domine audiui a multis de viro hoc: quanta mala sanctis tuis fecerit in Ierusalem. & hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum domin9. Vade: quoniam vas electionis est mihi iste: vt portet nomen meum corā gentibus & regib9 & filijs israel. Ego enim ostēdam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. & abijt Ananias: & introiuit in domum: & imponens ei manum dixit. Saule frater: domin9 misit me Ies9: qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderūt ab oculis eius tanquam squāmę: & visum recepit. Et surgens baptizatus est. & cum acce

DOmine deus meus exaltasti. Ex ecclesiastico. capite. li. In quo laus & gloria cum gratiarum actione deo datur: conferendo mihi vitę prosperitatem. Defluenti. in quam defluimus: aut illa in nos. Deprecat9 sum. vt habeam finem bonum. Patrem domini mei. idest Messiæ venturi. Tribulationis. idest mortis. Superborum. dæmones intelligit eo tempore superbientes & criminantes. Assidue. idest oris cõgruentib9. Exaudita est. idest sic faciẽdo exaudietur. De perditione. scilicet gehennea. De tempore iniquo. de hac vita iniquitatibus obnoxia.

pisset cibum: confortatus est. Fuit autem cũ discipulis qui erant Damasci ꝑ dies aliquot. & continuo ingressus in synagogas: prædicabat Iesum: quoniam hic est filius dei: stupebant autem omnes qui eum audiebant: & dicebãt. Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotũ? Saulus autem multo magis conualescebat & confundebat iudæos qui habitabãt Damasci: affirmans quoniam hic est christus.

Brigidæ virginis. Ecclesiastici. Cap̃. li.

DOmine deus meus: exaltasti sup̃ terram habitationem meã: & pro morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis meæ; & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: & collaudabo illud in cõfessiõe; & exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione: & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor: & laudem dicã nomini tuo dñe de9 noster.

Ignacij episcopi & martyris.
Ecclesiastici. Capite. xxxi.

BEatus vir qui inuẽtus est sine macula: & qui post aurum non abijt: nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo: & perfectus inuentus est; & erit illi gloria æterna.

¶In festo beati Ignacij episcopi & martyris.

BEatus vir qui inuẽtus est. Ex eccl'iast. capite. xxxi. vbi legitur beatus diues. vbi autor diuitem immaculatum commẽdat: quod rarum est & difficile. vnde in euangelio saluator facili9 (inquit) est camelum per foramen acus intrare: quam diuitẽ in regnum cœlorũ. Post aurum. per auariciam. Sperauit. constituẽdo in ea finem suũ. Quis est hic? quasi dicat: rarus est inuentu. Mirabilia. quia nihil aliud est mirabile: nisi quod raro contigit. Probatus in illo. scilicet auro. Potuit transgredi. quia diuitiæ sunt instrumenta ad male agẽdum. Bona illius. nam pro tẽporalibus accipit æterna. Ecclesia sanctorum. quia misericordia illius ab omnibus laudabitur.

¶In festo purificationis beatæ Mariæ virginis.

ECce ego mitto angelum meũ. Ex malachia propheta capite .iij. In quo prę:ipue agitur de christi aduentu atq; eius pręcursore Ioãne bapti/sta & de p̄sentatione in templo quod festum dicitur purificationis. Mitto angelum meum. idest Ioannem nuncium siue præcursorem. Ante faciem tuam. ad christum dirigitur sermo. Siue meam. quia eadem est diuinitas patris & filij. Veniet ad templum. hoc facit ad festum. Testamenti. scilicet noui. Ecce venit. proueniet ad iudicium finale. Stabit. idest stare poterit præ fulgore. Herba fullonum. quę in Hieremia dicitur Borith. Hispanę xabonera. Emundãs argentum .i. animas quasi argentum. Filios leui. i. sacerdotes. Colabit eos. i. mundabit quasi per colum. Dies sęculi. idest sacrificiũ antiquũ Abel iusti. Cętera patẽt.

¶ In cathedra. s. Petri.

PEtrus apostolus Iesu christi. Ex prima Petri ep̄la capite .i. nam duas scripsit ep̄las: quarum hanc primã scribit ad eos qui de gentilitate fuerant cõuersi: ideo dicit aduenis. potest fieri vt fuerint hebręi tamẽ peregrini: quia dicit dispersionis. Ponti galatię. omnes hæ regiones sunt Asiæ maioris: ad q̄s nũc siluanus proficiscebat̃. Secundum pręsciẽtiam. hoc refertur ad illud q̄d dixit electis. Spiritus. scilicet sancti: cui attribuitur sanctificatio. In obediẽtia. quia fuit obediẽs patri vsq; ad mortem: Et aspersionem. vnde oĩa sacramẽta efficaciam habent. Gratia vobis. ver/

Qui potuit transgredi: & non est transgressus: & facere mala: & non fecit. Ideo stabilita sunt bona ipsius in domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis eccl'ia sanctorum.

Purificatio beatæ Mariæ virginis. Lectio Malachiæ prophetæ. Cap. iij.

HAec dicit dominus de⁹. Ecce ego mitto angelum meum: & præparabit viam ante faciem tuam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos quæritis: & angelus testamẽti quẽ vos vultis. Ecce venit; dicit dñs exercituũ. Et q̄s poterit cogitare diem aduent⁹ eius: Et quis stabit ad videndũ eũ: ipse eñ quasi ignis cõflans: & quasi herba fullonũ. Et sedebit conflans: & emundãs argentũ: & purgabit filios leui, & colabit eos quasi aurũ: & quasi argentũ: & erũt dño offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificiũ iuda & Ierusalem: sicut dies sæculi: & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

Cathedra sancti Petri. Lectio beati Petri apostoli. prima. Cap. i.

PEtrus apostolus Iesu christi electis aduenis dispersionis Ponti. Galatiæ: Cappadocię: Asiæ: & Bithinię secundũ pręsciẽtiam dei patris in sanctificationem sp̄ũs: in obediẽtiã & aspersionẽ sanguinis Iesu christi. gr̄a vobis & pax multiplicet̃. Benedict⁹ deus: & pater dñi nostri Iesu christi: q secundũ magnã m̄iam suam regenerauit nos in

ba sunt salutationis in epistolarum principijs. Benedictus deus. prosequitur epistolam. Regenerauit nos. per baptismum. In spem viuam: idest certam & solidam. Per resurrectionem. vnde habemus spem resurgendi. In hæreditatem incorrupti. idest quæ nunquam terminatur. In vobis. idest pro vobis. Custodimini per fidem. perseuerantes in bono. In tempore nouissimo. idest in finali iudicio. in quo omnia occulta reuelabuntur. In quo exultabitis. æternaliter. Modicum nunc. idest temporaliter. Probatio fidei. In tribulationibus. Quod per ignem probatur. sicut vos probamini per tentationes. Inueniatur: idest cedit vobis in laudem. &c. In reuelatione Iesu christi. idest i die iudicij: vt diximus.

spē vitę æternę p resurrectionē iesu xpi ex mortuis in hæreditatē incorruptibilē & incontaminatā: & imarcessibilē: cōseruatā in cœlis: in vobis q in virtute dei custodimini p fidē: in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo. In quo exultabitis modicū nunc: si oportet cōtristari in varijs tētationibus: vt pbatio vrę fidei multo preciosior qd p ignē pbat. vt inueniat in laudē & gloriā; & honorē & reuelationē Iesu christi dñi nostri.

In festo. s. Helenę. Prouerb. Cap. xxxi.

MVlierē fortē quis inueniet? pcul & de vltimis finibus preciū ei⁹. Cōfidit in ea cor viri sui: & spolijs non indigebit. Reddet ei bonū & nō malū: omnib⁹ dieb⁹ vitæ suæ. Quæsiuit lanā & linū: & operata est cōsilio manuū suarū. Facta est quasi nauis institoris d lōge portās panē suū. De nocte surrexit: deditq; prędā domesticis suis: & cibaria ancillis suis. Cōsiderauit agrū & emit eū: de fructu manuū suarū plantauit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachiū suū. Gustauit & vidit q̄m bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manū suam misit ad fortia: & digiti eius apprehēderunt fusum. Manum suā aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis; omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.

¶ In festo sanctæ Helenę.

MVlierem fortem quis inueniet? Ex libro prouerbiorum Salomonis. capite. xxxi. quæ sit hæc mulier fortis inter expositores non satis constat: sed prima fronte videtur Salomon intelligere probam matronam atq; rei familiaris prouidam gubernatricem. Quis inueniet. quasi dicat tantū bonum: raro potest inueniri. Precium eius. qa huiusmodi mere pciosa est. Non indigebit. qa donū habebit supellectili cuncta ornatā. Ei bonum. s. spōso suo. Lanā & linū. i. materiam vnde faciat vestes & supellectilia. Consilio. i. arte nendi & texēdi. Nauis institoris. idest mercatoris a longe portāti merces suas. Surrexit. i. summo mane: vt cōparet cibos familiæ. Prędam. in hebręo habetur annonā. Agrū. aptū plantationi. Manuū suarum: quem aliūde lucrata est. Lumbos suos. i. libidinem repressit. Brachium suū. ad fortiter agendū.

Negociatio. in ijs quæ supra memorauit. In nocte. per quã potest intelligi mors. Ad fortia. in hebræo est ad vertibulum, hoc est circulũ qui fuso appenditur. A frigoribus niuis. idest ab hyeme. Duplicibus. indumentis duplicatis. Stragulatam vestem. idest quæ sterni possint in lecto, aut in solo, aut mensa. Byssus. genus lini. Purpura. qua byssus inficitur: Nobilis. quia ex vxore honor illi accedet. Cananęo. hic ꝑ mercatore ponitur: alioqui nomen est patriæ. In die nouissimo. idest iudicij. Gratia & pl'chritudo. q̃ dotes in muliere cum ętate fluũt. Laudabitur. scilicet sine fine. In portis. vbi est hominum cõcursus frequens.

Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentũ eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terrę. Sindonem fecit & vẽdidit: & cingulum tradidit cananæo. Fortitudo & decor indumẽtum ei⁹: & ridebit in die nouissimo. Os suũ aperuit sapientiæ: & lex clementiæ in lingua eius. Cõsiderauit semitas domus suæ: & panem ociosa non comedit: Surrexerũt filij eius: & beatissimam prædicauerunt: & vir eius laudauit eam. Multę filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia: & vana est pulchritudo: mulier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.

¶ In festo Gregorij pp̃ę.

Confessionem sancto suo & excelso. Ex ecclesiastico capite. xlvij. In quo loco autor laudes Dauid regis ꝓsequitur. quæ possunt accommodari pontifici Gregorio: dicens. In omni opere dedit confessionẽ sctõ. i. deo q̃ sanctus sanctorũ est. In verbo glorię. idest gloriã de omnibus attribuendo. Dedit potẽtiam. scilicet deus ipsi Dauid: aut qd̃ Dauid ipsum deũ dixit potentẽ & sibi adiutorẽ. Cãtores. quos Dauid instituit cum holocaustũ, & res diuina peragebat. Modos. i. modulatiões psalmorum. dedit deus. idest honores. Orauit tẽpora. idest festa per annũ digesta. Christus. i. deus & homo. Peccata ipsius. scilicet Dauid adulteria & homicidia. Cornu ipsius. idest regni potẽtiã & dignitatem. Quæ sequũtur: aliũde sunt & patẽt.

Gregorij pappæ. Ecclsiast. Cap̃. xlvij.

Dedit dominus cõfessionẽ sancto suo: & excelso in verbo glorię. De omni corde suo laudauit dominũ: & dilexit deũ qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam. Et stare fecit cantores contra altare: & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationib⁹ decus: & ornauit tempora vsq; ad consumationẽ vitæ. Christus purgauit peccata ipsius: & exaltauit in æternum cornu eius. Sapientia laudabit animam suam: & in domino honorificabitur. & in medio populi sui gloriabitur: & in plenitudine sancta admirabitur: & in multitudine electorum habebit laudẽ: & inter benedictos benedicetur.

¶In festo Gabrielis archangeli:

Ecce vir Gabriel. Ex daniele propheta capite. ix. In quo post orationem Danielis ponitur reuelatio illi facta per gabrielem. Vir gabriel. idest angelus in specie viri. A principio. scilicet in capite præcedenti. Tetigit me. idest excitauit. Sacrificij vespertini. nam per totam diē orauerat vsq; ad vesperam.

Gabrielis archangeli. Lectio Danielis prophetę. Cap. ix.

Ecce vir Gabriel: quem videram in visiōe a principio: cito volās tetigit me in tēpore sacrificij vesptini & docuit me: & loquutus est mihi: dixitq;: Daniel nunc egressus sum: vt docerē te: & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni vt iudicarem tibi: quia vir desideriorum es. Tu vero animaduerte sermonem: & intellige visionem. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatę sunt super populū tuum: & super vrbem sanctā tuam; vt consumetur pręuaricatio: & finem accipiat peccatum: & deleatur iniquitas: & adducatur iusticia sempiterna: & impleat̄ visio & prophetia; & vngat̄ sanct⁹ sctōꝝ.

Egressus sum. s. a deo & veni ad te. Egress⁹ est sermo. idest dei sentētia de futuris. Vir desideriorum. idest desiderans scire futura. Animaduerte. illū facit beniuolum & attētum. Septuaginta hebdomadę. est hebdomada septē dierū: septē mensiū: septē annorū. lxx. annorum sicut hoc in loco. vbi per septuaginta hebdomadas intelligunt quadringenti nonaginta anni: vsq; ad christi aduentū. Abbreuiatæ sunt. idest registratę in dei pręsciētia. Finem accipiat peccatum. per christi passionem. Prophetia. scilicet de christo prędicta. Vngatur sanctus. vnde messias interpretatur vnct⁹.

Georgij martyris. Lectio libri Sapientiæ Prouerbiorū. Capite. x. & xi.

Expectatio iustorum lætitia; spes autē impiorum peribit. Fortitudo simplicis via domini: & pauor his qui operant̄ malum. Iustus in æternum non commouebit̄; impij autem non habitabunt in terra. Os iusti parturit sapientiā: & lingua prauorum peribit. Labia iustorum considerant placita; os autem impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: & supplātatio peruersorum vastabit illos. Iusticia rectorum liberabit illos: & in insidijs suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberatus est: & tra-

¶Georgij martyris.

Expectatio iustorū lętitia. Ex libro prouerbiorum. cap. x. In quo Salomon filium instituens cōtinuat præcepta & admonitiones suas. Lętitia. quoniā beatitudinem sequitur voluptas (vt Aristoteles libro. x. Ethicorum scribit.) Via domini. i. eius iusticia simplices p̄miando. Non cōmouebitur. a stabilitate virtutis. Os iusti. alios docendo. Placita deo. & viris bonis. Diriget eos. s. in beatitudinem. Supplātatio. qua

decipiunt simplices. Iusticia rectorum. subaudi iudicium. Iustus de angustia, sicut Dauid & alij sancti. Impius. sicut Absalõ propt impietatẽ in patrẽ. Simulator ore. idest hypocrita adulator. Scientia. per quam sciunt distinguere inter amicum & adulatorem. In bonis iustorum. idest qui procurãt reipublicę vtilitatẽ. Erit laudatio. quia laudabitur qui perdidit impios. Benedictiõe iustorum. idest oratione.

¶ In festo Marci euang.

Similitudo vult⁹ q̃tuor animalium. Ex Ezeciele propheta capite. i. In quo ponitur visio p̃sidentis & quattuor animaliũ: per quos intelligimus quattuor euangelistas. quorũ vn⁹ est Marcus q vitulo assimilatur. A dextris. a parte dextra respectu prophetæ visionem videntis. Facies aquilæ. q̃ erat desuper in parte superiori. Extentę desuper. quia videbantur respicere superiora. Iungebãtur in extremitatibus. Duæ. q̃ non erant extentę ad volandum. Ambulabant. non circumagendo corpus. Quasi carbonum ignis. idest fulgẽtia quasi ignis ex carbonibus. Lampadarum. idest fasciumardentium. Hæc erat visio. scilicet ignis & fulgur erumpens ex medio:

¶ In festo sancti Petri martyris.

Nemo militãs deo. Ex epistola. ij. ad Timotheum capite. ij. In quo apostolus hortatur illum vt sit sollicitus in officio prædicãdi. Militãs deo. in officio alios docendi. Cui se probauit. idest approbari voluit: cuius serui

detur impius pro eo. Simulator ore decipit amicũ suũ: iusti liberabũtur sciẽtia. In bonis iustorꝝ exaltabitur ciuitas: & in p̱ditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exultabitur ciuitas.

Marci euangelistæ. Lectio Ezeciæ prophetæ. Cap. i.

Similitudo vultus quattuor animalium: facies hominis & facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies autem bouis a sinistris ipsorun quattuor. Et facies aquilæ desuper ipsorum quattuor. Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper. Duę pẽnę singulorum iungebantur; & duæ tegebãt corpora eorum. Et vnumquodq; eorũ coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus; illuc gradiebantur: necq; reuertebãtur cũ ambularent. Et similitudo animaliũ; & aspectus eorum: quasi carbonũ ignis ardentium: & quasi aspectus lãpadarũ. Hæc erat visio discurrens in medio animalium. Splẽdor ignis: & de igne fulgur egrediẽs. Et animalia ibant: & reuertebantur in similitudinem fulguris corruscantis.

Petri martyris. Beati Pauli ad Timotheum. ij. Capite. ij.

Nemo militans deo; implicat se negocijs sæcularib⁹; vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone; non coronabitur: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus accipere (In tellige quę dico.) Dabit enim ti

tio se deuouit: In agone. in ludis olympicis vbi victores coronantur: & ita in nostra religione. Laborantem agricolam. exemplo agricolę dicit prędicatorem: vbi laborat: inde debere victum accipere. Intellige quæ dico. qa loquor tibi in figuris & exemplis. Memor esto. pręmium laborātib9 proponit. Secundum euangelium meum. quod accepi a christo prædicandum.

bi deus in omnibus intellectum. Memor esto dominū Iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euāgelium meū in quo laboro vsq; ad vincula: quasi male operās. Verbum dei non est alligatum. Ideo omnia substineo propter electos: vt & ipsi salutem consequanť: quæ est in christo Iesu cum gloria cœlesti.

Philippi & Iaco. Lctō libri Sapiē. Capv.

STabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt: & qui abstulerūt labores eorū. Vidētes turbabunť in timore horribili: & mirabanť in subitatione insperatæ salutis: gemētes p̄ angustia spūs dicētes intra se. pœnitētiā agētes; & p̄ angustia spūs gementes. Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum; & in similitudinē improperij: Nos insensati vitam illorum æstimabimus insaniam: & finē illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: & inter sanctos sors illorum est.

Inuentio sanctæ Crucis. Beati Pauli ad Galatas. Cap̄. v. & vi.

FRatres. Cōfido de vobis in domino: q̄ nihil aliud sapietis. Qui autem cōturbat vos: portabit iudicium: quicūq; est ille. Ego autem si circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior?

Vsq; ad vincula. videtur Paul9 esse in carcere quo tempore hanc epistolam scripsit. Quasi male operans. idest facinorosus. Alia exposita sunt.

¶ In festo Philip. & Iac.

STabunt iusti in magna constantia. Ex libro Sapientiæ cap̄. v. in fine capitis superioris dixit ī die iudicij quales erūt mali: nūc vero quales iusti. In magna constantia. cum christo iudicantes. Qui se angustia. nocēdo illis. Labores eorū. idest bona quę laborauerunt. Videntes. scilicet mali. Mirabantur. s. illos quos lęserant in gloria positos. In subitatione. idest nō speratā salutem subito peruenisse. Dicētes intra se. non exprimit tamen qui dicāt. Pœnitentiam. quæ tamē nihil p̄ficiat illis: sed noceat. In derisum. i. quos deridebam9. Impperij. idest opprobrij. Insensati. i. futuroꝝ improuidi. Insaniā. qa contēnebant bona tēporalia. Sine honore. qa moriebanť q̄si ignominiosi & nocētes. Inter filios dei. quos sibi heredes instituit.

¶ In festo inuē. s. crucis.

COnfido de vobis in dn̄o. Ex epistola Pauli ad Galatas. cap̄. v. & vi. In quibus dicit apl's se bene de galatis sperare: & quod monitiones suas seruabant. Nihil aliud. quā qd̄ a me vobis p̄dicatum est. Conturbat vos. dicēs qd̄ sine circuncisione salui esse non potestis. Iudicium. i. pœnā. Quid p̄secutionē patior. qa nō ob aliā rē persequuntur me iudæi.

Scandalum crucis. quia hoc erat quod iudęi scādalizabantur: quod prædicabat christum crucifixum: atq; legem Mosaicam auferebat: inducēs christi nouam. Abscindantur. idest a nobis separentur. Conturbant vos. dicētes circuncisionem necessariam ad salutem. Quicūq; volunt placere. quæ sequuntur sunt ex capite. vi. multis verbis interpositis. In carne. prædicando legalia simul cum euāgelio. Tantum. idest hoc faciunt ne iudæos offendant timentes illorū persecutionē propter christum. Legem custodiūt. quia in plęrisq; pręuaricāt. In carne vestra. idest quod fecerint vos ꝑ circūcisionē suę opinionis. Alia patent.

Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Quicunq; enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi; tantum vt crucis christi persecutionem non patianť: neq; enī qui circunciduntur: legē custodiunt. sed volunt vos circuncidi: vt in carne vestra glorientur. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Iesu christi. Perquē mihi mūdus crucifixus est: & ego mundo.

¶ In Festo Gordiani & Epimachi.

REddet deus mercedem laborum. Ex libro sapientiæ. capite. x. In originali ē reddidit iust9. s. iudęis exeūtib9 ex ægypto: quibus præcepit: vt spoliarent Aegyptios: quasi iuste id facerent pro mercede suorum laborum. In via mirabili. idest per siccū in medio mari. In velamento dei. per nubem. In luce stellarum. per ignem. Inferorum. idest a profunditate maris. Tulerunt spolia. scilicet ægyptiorum in mari extinctorū. Decātauerunt. scilicet cāticum illud qđ scriptum est. Exod. xv. hoc est cātem9 dño. Sed officij huius cōcinnator mutauit tempora ex pterito in futurum.

Gordiani & Epimachi. Lectio libri Sapientiæ. Capite. x.

REddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: & deducet illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei: & in luce stellarum per noctem. Transtulit illos per mare rubrum: & transuexit eos ꝑ aquā nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare: & ab altitudine inferorū deduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: & decantauerunt domine nomen sanctū tuū. Et victricem manum tuam laudauerūt pariter domine deus noster.

¶ In festo sancti Ioānis.

IVstum deduxit dñs. Ex libro Sapientię. capite. x. vbi loquitur de Iacob profugo. Nam in originali habetur. hęc

Sancti Ioannis. Lectio libri Sapietię. Capite. x.

IVstum deduxit domin9 per vias rectas: & ostendit illi regnū dei: & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus; & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi: & honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis; & a seductoribus tutauit eum: & cer

autem profugū ire fratris iustum deduxit. scilicet Iacob: & nunc Iuonē. Regnum dei. quando vidit scalam cuius summitas tangebat cœlum. Sanctorum. scilicet angelorum ascendentium & descendentium. In laboribus seruientē Laban socero suo. Labores illius. accipiētis loco mercedis vxores duas. ab inimicis. a Laban & filijs illius. ex Gen. cxxxi. Certamē forte. quia luctatꝰ est cū angelo. Genesis. xxxij. Vt vinceret. scilicet Esau fratrē suum. Vēditum iustum. idest Ioseph quem fratres vendiderunt Ismaelitis. A peccatoribus. i. a fratribus in eum peccantibꝰ. Descendit in foueā. idest carcerē in quē missus ob simulatū stuprū. Sceptrum & potētiam. quæ illi Pharaon cōmunicauit. Deprimebant. criminantes illum apud regem.

tamē forte dedit illi; vt vinceret: & sciret qm̄ omnium potentior est sapientia. Hæc venditum iustum non dereliquit; sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq; cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum: donec afferret illi regni sceptrum & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerunt illū; & dedit illi claritatē æternā dn̄s deus nr̄.

Nicomedis & Reueriani. Lectio ad Corinthios. i. Capite. iiij.

FRatres. Spectaculū facti sumus mūdo & angelis & hominibꝰ. Nos stulti propter christum: vos aūt prudētes in christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vsq; in hāc horam: & esurimus & sitimus: & nudi sumus: & colaphis cædimur; & instabiles sumꝰ: & laboramus operantes manibꝰ nostris. Maledicimur & benedicimꝰ. Persecutionē patimur: & substinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanq; Purgamēta huius mūdi facti sumus oīum peripsima vsq; adhuc. Non vt confundam vos: hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo in christo Iesu domino nostro.

¶ In festo Nicomedis & Reueriani.

SPectaculum facti sumus. Ex prima ad Corinthios epistola capite. iiij. In quo apostolꝰ assignat causam q̄re contemnebatur omnibus. Spectaculum. idest monstrum ad quod videndū omnes concurrebant admirantes illorum patientiam. Angelis. quia angeli etiam stupebant. Stulti. opinione male de nobis sentiētes. Vsq; in hāc horam: scilicet a tēpore: quo fidem recepistis. Instabiles sumus. idest non habemus domiciliū stabile. Manibꝰ nostris. qđ Apl'us faciebat ne alios grauaret. Maledicimur. quod iubet christiana religio. Blasphemamur. & oramus pro blasphemantibus. Purgamenta. i. immunditię. Omnium peripsima. i. putamen siue ramentum a peripsao: quod est rado radis.

Marcellini & Petri martyrum Apocalypsis. Capite. vij.

¶ In festo sanctorum Marcellini & Petri.

REspondens vnus de senioribus. Ex libro apocalypsis capite. vij. In quo Ioannes instruitur de prędictis martyrum nomine. Qui sunt? senior ille Ioannē interrogat. Sed Ioannes dicit se nescire: atq; a seniore doceri petit. Tu scis. scilicet qui cum illis agis. De tribulatione. scilicet martyrij. In sanguine agni. quem & ipsi pro eius nomine fuderunt. Ante thronum dei. vidētes eum facie ad faciem. Habitabat. qa non possunt ab eo euelli. Nō esuriēt. idest nullam calamitatē patient. Ad fontes aquarū. quia dixit de sole & ęstu: in quibus homines sitire cōsueuerūt. Omnē lachrymam. quia nō habebunt materiam vnde possint illachrymare.

IN dieb⁹ illis. Respondens vnus de senioribus dixit mihi. Beati qui amicti sunt stolis albis. Qui sunt & vnde venerunt? Et dixit illi. Domine mi: tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de magna tribulatione: & lauerunt stolas suas; & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronū dei: & seruiunt ei die ac nocte in templo ei⁹. Et qui sedet in throno: habitabit super eos: Non esurient: neq; sitient amplius: neq; cadet super eos sol; neq; vllus æstus. Quoniā agnus qui in medio throni est; reget eos: & deducet eos ad vitę fontes aquarū. Et absterget deus oēm lachrymam ab oculis eorum.

¶ In festo sanctorum Quirici & Iulitæ

IVsti autem in perpetuū viuent. Ex libro Sapieñ. cap. v. In quo ponit autor stabilitatē iustorum. Viuent. scilicet vitā gloriosam. Merces eorum. non in hac vita: sed in futura. Apud altissimū. ad quem omnia referūtur. Regnū & diadema. quia regnabūt cū eo coronati. Reget eos. reponendo in beatitudine. Brachio suo. quia ꝓteget ne possint amittere fœlicitatē semel adeptam. Zeli illius. ad vlciscēdos. s. iniquos. Creaturam. i. hominis in vltionē: & que sint arma illa subdit. Pro thorace & galea. qa nō poterit deflecti a rectitudine vlla vi. Scutum inexpugnabile. idē ex alia armatura dicit. Emissiones. s. fulgurum: q̄ in illos mittētur. In certū locum. quia in interitum indubitatū.

Quirici & Iulitæ. Lectio libri Sapientiæ. Capite. v.

IVsti autem in perpetuū viuent: & apud dominum est merces eorum: & cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnū decoris; & diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua reget eos; & brachio sancto suo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius: & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induent pro thorace iusticiam: & accipiet pro galea iudiciū certum. Sument autem scutum inexpugnabile æquitatem; ibunt directæ promissiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noster.

Geruasij & Protasij. Lectio ad Romonos. Capite. viij.

¶ In festo Geruasij & Prothasij.

SCimus quoniam diligẽtibus deum. Ex epistola ad Romanos cap.viij. In quo ostendit quod premium cõsequantur deo adhęrentes: illumq; diligentibus quod bonum consequantur. Secundũ propositun. idest p̄destinationẽ. Quos præsciuit.s.futuros sanctos.hos p̄destinauit:& non alios. Imagini filij eius. quia in hoc sumus simi les:qm̄ hæredes dissimi les: qa adoptiui: ille aũt per naturam. Ipse primo genitus.nos aũt post illũ adoptiui. Quos p̄desti nauit. ex quo infert qđ nemo venit ad illum nisi a deo tractus. Quid dice mus ad hec? quasi dicat: hęremus & nescimus qđ dicemus. Si deus pro no bis.subaudi stat sine pu gnat. Quis contra nos? subaudi erit.quasi dicat nullus. Proprio filio.s. naturali. Tradidit illum. scilicet morti. Cum il lo. nam non solum fili um nobis donauit: sed etiã cum illo omnia alia. Quis accusabit? scilicet in die iudicij.quasi dicat: nemo. Qui iustificat. & feret pro electis sen tentiam. Quis est qui condemnet? nemo quo q;:quoniam habemus iu dicem fauorabilem. In terpellat pro nobis. & ita tollitur omnis causa condemnationis. Quis ergo.concludit ex superioribus adhærens dum esse christo. Sicut scriptum est.psalmo qua dragesimo tertio. Mortificicamur. i. ad mortem per tormẽta du cimur. Propter eum qui dilexit nos. scilicet pro pter christum. Quæ se quuntur clara sunt.

FRatres. Scimus quoniam diligentib⁹ deum; omnia cooperantur in bonum his: qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imagini filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit: hos & vocauit. Et quos vocauit; hos & iustificauit: quos autẽ iustificauit; illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo nõ etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus q̄ iustificat. Quis est qui condemnet? Christus iesus: qui mortu⁹ est. immo & qui resurrexit: qui est ad dexterã dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separauit a charitate christi: tribulatio; an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius? Sicut scriptũ est. Quia propter te mortificamur tota die; æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum; qui dilexit nos. Certus sum enim; quia neq; mors; neq; vita: neq; angeli; neq; principatus; neq; potestates: neq; virtutes; neq; instãtia; neq; futura: neq; fortitudo: neq; altitudo: neq; profundum; neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei; quæ est in christo Iesu domino nostro.

¶In vigilia ſancti Ioannis.

FActum eſt verbum domini ad me. Ex Hieremia ꝓpheta capite.i. quæ de Hiermia hoc in loco dicuntur: accommodantur ioanni baptiſtæ. Priuſq̃ te formarem. verba ſunt dei ad Hieremiam. Noui te. ſ. noticia prędeſtinationis. Sanctificaui te. purgando ab originali peccato. Prophetam. ideſt officium prophetandi dedi. A,a,a, verba ſunt Hieremiæ excuſantis ſe ab eo munere: & eſt interiectio recuſantis apud hebręos duarū ſyllabarū. Puer ſum. infans non potens loqui. Miſit manum ſuam. hoc viſum eſt ꝓphetæ viſione imaginaria. Super gentes. nō ſolum ſuper hebręos. ſed etiā ſuper gentiles. Euellas, diſperdas. &c̄. i. denū cies euellāda & diſperdēda: & eodem modo quæ ſequuntur.

¶In die feſto ſancti Ioannis.

PRimus ad ſiō dicet. Ex Eſaia propheta partim. xli. & partim. xlij. & ad litterā exponitur in liberatiōe populi iſraelitici, de captiuitate Babylonis. Primus. ideſt de9 qui eſt primus & nouiſſimus. Ad ſion. ad habitatores Ieruſalem. Adſum. vt vos liberem. Euangeliſtam. i. bonum annunciantem. hoc eſt propheciā. Ecce ſeruus meus. hoc ex capite. xli. de chriſto commodius intelligitur quē ſeruum vocat: quia homo eſt. Spiritum meum. plenitudinem gratiæ ſpiritus ſancti. Non clamabit. contentioſe. Vox foris. quia non prædicauit niſi iudęis: quia miſſus eſt ad oues quę perie

In vigilia ſancti Ioānis baptiſtę.

Hieremiæ ꝓphetę. Cap̄. i.

IN diebus illis: Factum eſt verbum domini ad me: dicens. Priuſq̃ te formarem in vtero noui te: & antequam exires de vulua ſanctificaui te: & prophetam in gentib9 dedi te: & dixi a/a/a/domine deus. Ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer ego ſum: quoniam ad omnia quæ mittam te ibis. & vniuerſa quæ mādauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum ſum: & eruam te: dicit dominus. Et miſit domin9 manū ſuam: & tetigit os meum. Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce conſtitui te hodie ſup gētes: & ſup regna: vt euellas: & deſtruas: & diſperdas: & diſſipes: & ædifices: & plantes. Dicit dominus omnipotens.

In die ſancti Ioannis baptiſtæ.

Eſaiæ ꝓphetæ. Cap̄. xli. & xlij.

HAec dicit dominus deus. Primus ad ſion dicet: ecce adſum: & Ieruſalē euāgeliſtam dabo. Ecce ſeruus meus ſuſcipiā eum: electus meus complacuit ſibi in eo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit: nec accipiet perſonam: nec audietur foris vox eius. Calamum quaſſatum non cōteret: & lignum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium. Non erit triſtis nec turbulentus: donec ponat in terra iudi

runt de israel. Calamum quassatũ. idest populum gentilem Lignum fumigans. idest populum iudaicum. Educet iudicium. idest iudicabit. Insulę. habitatores insularum. vt Cyprus, Sicilia, Rhodus. Creans cœlos. quia sicut cœlum creauit: ita & hominem saluabit. Flatum. idest spiritum vitalẽ. Vocaui te in iusticia. quia christus satisfecit pro peccato Adam: quod fuit opus iusticiæ. In fœdus populi. quia eius sanguine firmatum est testamẽtũ: & pactum hominis cum deo. Lucem gẽtiũ. de qua Lucas. Lumẽ ad reuelationem gentium. Contabuerunt. hoc ex. xlvi. capite sumptũ est. Contrita sunt. s. idola. Anima eorum. idest sacerdotum: qui in captiuitatẽ sunt ducti. Qui portamini a meo vtero. idest qui vobis afficior: vobis q̃si filijs quos genui. Vsq; ad canos. idest vsq; ad senectutem. Assimilastis me. fabricando idola. Redẽptor noster. hoc aliunde sumptũ est.

cium: & legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit dñs deus creans cœlos & extendens eos; firmans terrã: & quæ germinant ex ea: dans flatũ populo qui est super eã: & spiritũ calcantibus eã. Ego dñs vocaui te in iusticia. & apprehendi manũ tuã; & seruaui te. Et dedi te in fœdus populi in lucẽ gentium. Simulachra eorũ contabuerũt: & cõtrita sunt; non potuerũt saluare portantem. Audite me qui portamini a meo vtero; qui gestamini a mea vulua: vsq; ad senectã ego ipse: & vsq; ad canos ego portabo & saluabo. Cui assimilastis me & adæquastis: & cõparastis me: & fecistis similẽ. Redẽptor noster nomen illius sanctus israel.

Ad missam maiorem. Esaiæ prophetæ. Capite. xlix.

HAec dicit dñs. Audite insulę: & attendite populi de lõge. Dñs ab vtero vocauit me; de vẽtre matris meæ recordat⁹ est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutũ: in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittã electã In pharetra sua abscõdit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu israel; q̃a in te gloriabor. Et nũc hæc dicit dñs. Formans me ex vtero seruũ sibi. Dedi te in lucẽ gentiũ: vt sis salus mea

¶ In eodem festo ad missam maiorem.

AVdite insulę & attendite. Ex Esaia ꝓpheta cap. xlix. Hæc ꝓphetia de christo etiã in sensu litterali exponitur. possunt tamen hæc verba quodãmodo de Ioanne dici. Audite insulę. attentionem auditorũ petit a rei magnitudine. Ab vtero vocauit me. hoc i persona xp̄i dicitur: de quo existenti in vtero dixit angel⁹: vocabis nomẽ eius Iesum. Quasi gladiũ. vehementiam christi sermonis exprimit. In vmbra manus suę. idest sub potestate. Sicut sagittam. ad transfigendum eos qui reprehẽdebat. In pharetra sua. idest maiestatis suę prouidẽtia. Seruus meus. ratione humanitatis. Tu israel. sic appellatur christus. quia ex semine israel: aut a nominis æthymologia, quasi videns deum. In te gloriabor. per miracula.

Formās ex vtero. quia ab instanti conceptionis corpus Christi fuit formatum & animatū. Vt reducam Iacob. s. populum israel per doctrinam meā. Non congregabit. quia ex iudęis pauci credent. In lucem gentium. quæ succedent in hęreditatem Iacob. Salus mea. scilicet quam ego mitto. Reges videbūt. s. xp̄i miracula. Qui te elegit. subaudi o christe.

¶ In festo sanctorum Ioannis & Pauli.

QVis nos separabit a charitate. Iam exposita est supra in festo Geruasij & Prothasij martyrum.

¶ In vigilia Petri & Pauli apostolorū.

PEtr⁹ & Ioānes ascēdebāt. Ex actib⁹ apostolorum. capite. iij. In quo ponitur miraculum de claudo sanitati a Petro restituto. Orationis nonā. hoc est tertiā post meridiem. Baiulabatur. quia non poterat pedib⁹ insistere. Eleemosynā. i. misericordiā. & scribitur p duplex. e. Vt eleemosynā acciperet. s. ab illis erogātibus. Respice in nos. i. attende ad ea q̄ dicimus tibi. At ille ītelligebat. i. attēte aspiciebat. Quod habeo. a deo mihi traditū. s. curandi potestatē. Surge & ambula: qa antea neutrū poterat facere. Bases consolidatę. i. crura q̄ sunt fulcimēta sustinendi corporis molē. Stetit. pedibus insistens.

vsq; ad extremum terræ. Reges videbunt & consurgent principes: & adorabunt dominum deum tuum: quia fidelis est & sanctum israel qui te elegit.

Ioannis & Pauli. Lectio beati Pauli. Ad Romañ. Cap. viij.

FRatres. Quis nos separabit a charitate dei. Tribulatio: an angustia: an persecutio: &c. vt supra.

In vigilia Petri & Pauli.
Lectio Actuum. Cap. iij.

IN diebus illis. Petr⁹ & Ioannes ascendebant in templū ad horā orationis nonā. Et quidā vir qui erat claudus ex vtero matris suæ baiulabatur: quem ponebant coūdie ad portam templi: quæ dicitur speciosa: vt peteret eleemosynā ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum: rogabat vt eleemosinā acciperet. Intuēs autē in eū Petr⁹ cū Ioāne dixit. Respice in nos. At ille intēdebat in eos: sperās se aliqd acceptu rum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurū nō est mihi: quod autē habeo: hoc tibi do. In nomine Iesu xp̄i nazareni surge & ambula. & apprehensa manu eius dextera alleuauit eum: & p̄tinus consolidatæ sunt bases eius & plātæ: & exiliens stetit: & ambulabat. & intrauit cū illis in tēplum ambulās & exiliens: & laudans deum: & vidit omnis populus eū ambulantē & laudantē deū. Cognoscebant autē illū: qm̄ ipse erat q̄ ad eleemosynā sedabat ad speciosam portā tēpli. Et impleti sunt omnes stupore & ecstasi in eo quod contigerat illi.

In die Petri & pauli. Actuum Apostolorū. Capite. xij.

Stupore stupebat. de tā præsenti miraculo Et ecstasi. græcum est, scribitq; non per. x. & t. sed per. cs. sed si quispiam dixerit tantum valere. x. quātum cs. ergo potest poni alterum pro altero. Ad hoc respondetur quod verum est: si. cs. pertineant ad eandem syllabam. tamen in extasi. x. pertineret ad vocalem præcedentem tota. in ecstasi vero. c. pertinet ad. e. præcedentē. & est ad. a. sequentem. nam cōponitur ab. ec. particula græca & stasis. vt fit. ec. ex stasis stasio. latine. excessus.

IN dieb9 illis. Misit Herodes rex magn9: vt affligeret quosdā de ecclia. Occidit autē Iacobū fratrē Ioannis gladio: vidēs autē qa placeret iudæis apposuit vt apprehenderet & petrū. Erāt autē dies azymorū. Quē cū apprehēdisset misit in carcerem: tradēsq; quattuor quaternionib9 militū ad custodiēdum eū: volens post pascha ꝑducere eū populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Orō autē fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū ꝑ eo. Cū autē ꝑducturus esset eum Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites vinctus catenis duabus. Et custodes ante ostiū custodiebant carcerē. Et ecce angelus dn̄i astitit: & lumē refulsit in habitaculo carceris. Percussoq; latere Petri: excitauit eū dicēs. Surge velociter. Et cōtinuo ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eū. Præcingere & calcia te caligas tuas. Et fecit sic. & dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuum & sequere me. & exiens sequebatur eū. & nesciebat quia verum esset quod fiebat per angelū. Existimabat aūt se visum videre. Trāseuntes autē primam & secundā custodiā venerunt ad portā ferream quæ ducit ad ciuitatē: quæ vltro aperta est eis. & exeuntes processerunt vicū vnū: & cōtinuo discessit angel9 ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere: qa misit dn̄s angelum suū: & eripuit me de manu Herodis & de omni expectatione plebis iudæorum.

¶ In festo Petri & Pauli apostolorū.

MIsit herodes rex magn9. Ex actibus aplorū capite. xij. In quo ponit Iacobi zebedei cædes & Petri icarceratio. Herodes qui agrippa cognominatus est. Frater Ioannis. scilicet euangelistæ. Dies azimorum. in quib9 nō licebat quēquam occidere. in quo Petri cędes ē dilata. Producere. idest morti tradere. Producturus. scilicet die insequenti post festum azymorum. In ipsa nocte: scilicet quæ præcedebat diem productionis. Caligas tuas. genus calciamēti. Fecit sic. vt angel9 dixit. Visum videre. i. insomnium in somno. Custodiam. scilicet militum custodiētium carcerem. Portam ferream. quæ erat vltima exeuntibus carcerem. Vicum vnū. post exitum carceris. Ad se reuersus. idest vigilans: quia antea putabat se esse in somnis. De omni expectatione. quia expectabant illius cędem.

In festo Pauli Apostoli.

NOtum vobis facio euangelium. Ex epistola Pauli ad Galatas cap. i. In quo apostolus ostendit doctrinam quam prędicat esse ab autoritate dei profectam. Secundum hominem. idest ab humana inuētione. Ab homine. idest ab aliquo ex discipulis domini. Audistis. narrat quomodo ad apostolatū venerit. Expugnabam illam. pro oppugnabam & persequebar. Aemulator. zelator: quia zelo quodam legis meæ omnia illa faciebā. Placuit ei. scilicet deo. ex vtero matris. i. synagogæ quæ me nutrierat. Filium suū in me. i. per me. In gentib9. vnde gentium doctor est cognominat9. Carni & sanguini. i. iudæis. ex quorum eram sanguine: sed totum me tradidi christo. Neque veni Ierosolymā. vt audirē christi doctrinam ab apostolis & discipulis christi. In Arabiam. non dicit quam. cū sint arabiæ tres. Damascum. scilicet vrbem Syriæ. Post annos tres. & ita non prędicabat antea quę didicit ab apostolis: sed quæ per reuelationē est doctus. Diebus quindecim. in quibus quędā de sacris litteris cum eo egit, nō de nouo didicit. Iacobum fratrē domini. ad differentiam alterius Ioānis fratris. Quę scribo vobis. subaudi vera sunt: hoc est: quod non didicit euāgelium ab aliquo apostolorum: idque iureiurando confirmat. Syriæ & Ciciliæ. vt prædicarem gentibus euangelium. Ignotus facie. quia illos non videram neque illi me: nisi per famam tātum. In me glorificabāt dn̄m. i. per me. ¶ In octaua sācti Ioānis.

Pauli apostoli. Lectio Pauli. ad Galatas. Capite. i

FRatres. Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. neque enī ego ab homine accepi illud: neque didici: sed per reuelationem Iesu christi. Audistis enim conuersationē meam aliquando in iudaismo: qm̄ supra modū persequebar ecclesiā dei: & expugnabā illā: & proficiebā in iudaismo supra multos coætanos meos in genere meo: abundātius æmulator existēs paternarū mearū traditionū. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ: & vocauit per gratiam suam: vt reuelaret filiū suū in me: vt euangelizarem illū in gētibus. Continuo non acquieui carni & sanguini: neque veni Hierosolymā ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiam: & iterū reuersus sum Damascū. Deinde post annos tres veni hierosolymam videre Petrū: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem domini. Quę autem scribo vobis: ecce coram deo: quia non mētior. Deinde veni in partes Syriæ & Cilicię. Eram autē ignotus facie ecclesijs iudeę quę erāt in christo. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequebatur nos: aliquando nunc euangelizat fidem: quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant dominum Iesum christum.

VNicuiq; nostrum data est gratia. Iam exposita est supra in vigilia ascensionis domini nostri Iesu christi.

¶ In festo visitationis beatæ Mariæ virginis.

BEnedixerunt illam omnes. Ex Libro Iudith viduæ capite. xv. quæ verba de Iudith sunt dicta: & possunt virgini deiparę accommodari. Omnes. qui exierant in occursu Iudith redeuntis ex victoria de Holopherne. Gloria. ornamentum & decus. Viriliter. hostem nostrum occidendo. Confortauit te. idest dedit tibi fortitudinem & robur. Benedicta in æternum. per famã & gloriam.

¶ In octaua Petri apostoli.

HI sunt viri misericordiæ. Ex lib. Ecclesiastici capite. xl. iiij. quibusdam tamen immutatis. Viri misericordię. subaudi digni: aut quod in alios misericordes fuerunt. Perseuerat bonum. idest hæreditas. In terra promissionis. hoc est gloria sempiterna. Propter illos. idest propter merita patrum. Non derelinquetur. quia manebit apud posteros illorum memoria. In pace sepulta sunt. cum spe resurrectionis. Viuent in sæcula. per illorum memoriam in hac vita & in futuro sæculo.

¶ In festo Apollinaris martyris.

MEmor esto dominum nostrũ. Ex epistola ad Timotheũ secũda cap. ij. &. iij. quę iã exposita est supra in ep[i]sla Petri martyris.

In octauo die sancti Ioãnis. Pauli ad Ephesios. Capite. iiij.

FRatres. Vnicuiq; nostrum data est gratia secundũ mensuram donationis christi. &c. vt supra.

In die visitationis beatæ Mariæ virginis. Lectio libri Iudith Capite. xv.

BEnedixerunt illam omnes vna voce dicentes: tu gloria Ierusalem: tu lætitia israel: tu honorificẽtia populi nostri: quia fecisti viriliter: & cõfortatum est cor tuum: eo q castitatem amaueris. Ideoq; manus domini confortauit te: & eris benedicta in æternum.

In octauo die Petri & Pauli. Ecclesiast. Cap. xliiij.

HI sunt viri misericordiæ: quorum iusticiæ obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hæreditas sancti nepotes eorum: & in testamẽtis stetit semẽ eorum: & filij eorum propter eos vsq; in ęternum manent. Generatio eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum viuent in sæcula. Sapientiam eorum narrent populi: & laudem eorum pronunciet omnis ecclesia sanctorum.

Apollinaris martyris. Ad Timotheum secunda. Cap. ij. &. iij.

CHarissime. Memor esto dñm nostrũ Iesum christũ resurrexisse. &. vt sup.

¶In festo Germani episcopi.

TEstificor corā deo. Ex epistola.ij.ad Timotheū cap̄.iiij. In quo hortat apostolus Timotheum: vt doceat populum sibi commissum instando illorum doctrinę. & primo adiurat illum deum testem inuocādo. Verbum.scilicet euangelicū. Opportune.audire cupientibus. Importune abnegantes audire. Argue.peccantes ex ignorātia. Obsecra. peccātes ex infirmitate. Increpa.verbis duris peccātes ex malicia. Erit tempus. ideo instandum esse dicit: antea quam veniat tempus quo non libenter audiēt verbum domini. Pruriētes auribus. idest audire cupientes. Iam delibor. idest paulatim cōsumor. Resolutionis.scilicet animæ a corpore. Certamē certaui. prędicatiōis officium exercendo. In reliquo.i.in futuro. Corona iusticiæ: quam nemo auferet a me.

¶In festo Stephani prothomartyris.

DOctrinis varijs & peregrinis. Ex epistola ad hebræos cap̄.xiij. In quo ostēdit: quomodo hebręi habere se debēt erga prelatos nō bene de fide sentientes. Doctrinis varijs. scilicet suspectis & hereticis. Abduci.idest a recta fide duci. Gratia.idest lege gratiæ: hoc est euāgelio. Nō escis. idest cibis quæ præcipiuntur in lege veteri. mādúcari siue nō mādúcari. Habem9 altare.i. crucem in qua oblat9 est christus. Qui tabernaculo deseruiunt. idest veteris legis ministri. Quorum animalium.scilicet vituli & hirci: qui immolabantur in die expiationis. Cremātur. quia pro peccatis immolatio illa fiebat. Propter quod. idest quia extra castra cremabantur. Extra portam.s.

Germani episcopi. ad Thimotheum. Capite. ij. &.iij.

CHarissime. Testificor coram deo: & christo iesu qui iudicatur9 est viuos & mortuos: & per aduentum ipsius: & regnū eius. Prædica verbum: insta oportune: importune argue: obsecra: increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cū sanā doctrinā non substinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus: & a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila; in omnibus labora: opus fac euangelistæ: ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor; & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certaui: cursum cōsummaui; fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iusticiæ: quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi: sed & his qui diligunt aduentum eius.

Stephani prothomartyris. Lectio ad Hebręos. Cap̄.xiij.

FRatres. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor: nō escis quæ nō profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatem: qui tabernaculo deseruiūt. Quorum enim ani-

in loco caluarie extra vrbem Ierusalem. Exeamus extra castra. idest extra legis obseruationes. Improperium(nam christo exprobatum est quod nõ obseruabat legem) Ciuitatem manentem. idest in qua manere semper debemus: vt in lege veteri. Futuram inquirimus. quæ per nouam legem acquiritur. Per ipsum. scilicet christum. Hostiam laudis. idest sacrificium subaudi deũ. Beneficentiæ & cõmunionis. idest benefaciendi: & bona vestra cõmunicãdi. Promeretur. idest illum nobis demeremur: vt nobis bñfaciat.

malium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremãtur extra castra; ppter quod & iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum; extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra; improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirim⁹. Per ipm ergo offeram⁹ hostiam laudis semper deo. idest fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus.

Sanctæ Mariæ de niuibus. Ecclesiast. Capite. xxiiij.

AB initio & ante sæcula creata sum: & vsq; ad futurum sæculum nõ desinã: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui; & in ierusalẽ potestas mea. & radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hæreditas illi⁹. & in plenitudine sanctorum detentio mea.

Transfiguratio domini. Lectio Beati Petri aposto li. ij. Capite. i.

FRatres: Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meũ; vt horum omnium memoriam faciatis.

¶ In festo virginis Mariæ de niuib⁹.

AB initio & ante sæcula creata sum. Ex libro eccl'iast. capite. xxiiij. In qua autor loquitur de sapiẽtia increata: hoc est de christo: qui patris sapientia dicitur. Ab initio. nõ dicit tẽporis principium. quia pater filio cõetern⁹ est. Creata. idest preuisa quantum ad humanitatem. Non desinam. quia æterna est. Coram ipso ministraui. quia fili⁹ patris voluntatem semper fecit. In habitatione sancta. in congregatione iustorum. In sion & Ierusalem. idest in ecclesia vtraq;. scilicet militante & triumphante Radicaui in. hoc est hereditatem meã fundaui. In populo honorificato. scilicet israelitico. hoc ẽ christiano. Detentio mea. i. habitatio.

¶ In trãsfiguratiõe dñi.

DAbo autem operam & frequẽter. Ex epistola Petri. ij. cap. i. Dabo operã. qa sentio instare obitũ meum. Dabo operã. s. frequent vos admonendo.

Habere vos. subaudi memoriam monitionum mearũ. Indoctas fabulas. sicut poetæ & doctores falsi. Virtutem. scilicet faciendi miracula in doctrinæ cõfirmationem. Et prescientiam. quam habuit christus homo ex diuinitate. Speculatores. i. conspectores & testes illius magnitudinis scilicet in transfiguratione. Accipiens honorem. i. testimonium honoris & gloriæ. Voce delapsa. descendente. A magnifica gloria. idest a deo patre. Huiuscemodi. i. qui sequitur. hic est filius. &c. In monte sancto. qui cognominatur Thabor. Matthæi. xvij. Propheticum sermonem. Ex psalmo. ij. scilicet domin9 dixit ad me fili9 me9 es tu. Attendentes. idest consentientes prophetiæ. In caliginoso loco. idest in hoc mundo in quo videmus omnia per speculũ in enigmate. Et lucifer. idest christus qui est lucifer & sol & lux.

Non enim indoctas fabulas secuti: notam fecimus vobis domini nostri Iesu christi virtutem & præscientiam: sed speculatores facti sumus illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem & gloriam: voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilect9; in quo mihi complacui; ipsum audite; & hãc vocẽ nos audiuimus de cœlo allatam: cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habem9 firmiorẽ propheticũ sermonem; cui benefacitis attẽdentes; quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat; & lucifer oriatur in cordibus vestris.

¶ In festo Cyrici Largi & Smaragdi.

Rememoramini pristinos. Ex epistola Pauli ad Hebreos capite. x. In quo ostẽdit apostolus adhærendum esse deo per rationes demulcentes & mitigantes medicorum more: q post sectionem carnis inducunt leuia fomenta. Pristinos dies. qb9 estis ad finem conuersi & illuminati. Sustinuistis & hoc dupliciter. vno modo facti speculum opprobrijs in propria persona. Altero modo. i. quantum amici vestri talia sustinent. Vinctis. idest in carcere positis. & in hoc amicis. Bonorum vestrorum. & hoc in vestra persona & familia.

Cyriaci Largi Smaragdi. Pauli Ad hebreos. Capite. x.

FRatres. Rememoramini pristinos dies; in quib9 illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. nam & vinctis cõpassi estis; & rapinam bonorum vestrorũ cũ gaudio suscepistis; cognoscẽtes vos habere meliorem & manentẽ substantiã. Nolite itaq amittere cõfidentiã vestrã: quę magnam habet remunerationẽ. Patientia enĩ vobis necessaria est; vt volũtatem dei faciẽtes; reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum q qui ventur9 est veniet; non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit.

Meliorem substãtiam. idest diuitias coelestes. Confidentiam vestram. idest firmam perseuerantiam. Patientia. idest aduersitatum tollerantia. Voluntatem dei. obedientes illius voluntati. Modicum aliquãtulumq;. idest breue tempus restat. Qui venturus est. scilicet ad iudicium. Sed iusti in iudicio finali viuent. idest saluabunt. & sumptũ est ex propheta. Aggeo cap. ij.

Sancti Laurentij. Ad Corinthios. ij. Capite. ix.

FRatres. Qui parce seminat; parce & metet: & qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristicia: aut ex necessitate. Hilarem autem datorem: diligit deus. Potens est enim deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiã habẽtes abundetis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in sæculum sẹculi. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit: & multiplicabit semen vestrum: & augebit incrementa frugum iusticiæ vestrẹ.

In vigilia assumptionis beatæ Mariæ virginis. Ecclesiastici. Capite. xxiiij.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchrẹ dilectionis & timoris: & magnitudinis: & sanctæ spei. In me omnis gratia vitæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus em̃ meus super mel dulcis; & hæreditas mea super mel & fauũ. Memoria mea in generatione sẹculorum. Qui edunt me: adhuc esurient; & qui bibunt me: adhuc sitient. Qui

¶ In festo. s. Laurẽtij.

QVi parce seminat parce & metet. Ex. ij. epistola ad Corinthios. capite. ix. In quo apostolus ad benefaciẽdum Corinthios hortat. Qui parce seminat. atq; ita qui parum dat: parum prẹmium consequtur: atq; ecõtrario. Vnusquisq;: subaudi det. Prout destinauit. idest decreuit dare. Nõ ex tristicia. scilicet dolẽs: qa dat, aut ex necessitate: qa coact9. Omnẽ creaturam. idest voluntatem faciendi elemosynam. Abundare facere. vt condoleatis de benefactis: sicut scriptũ est. Psal. cxi. Iusticia ei9. scilicet qui sic largitur. Qui administrat semẽ. idest deus qui dat voluntatẽ benefaciendi. Et panem p̃stabit. quia dãti dabitur a deo. Multiplicabit. adhuc in similitudine seminandi & metendi perstat.

¶ In vigilia assumptionis btæ Mariẹ v̾ginis.

EGo quasi vitis fructificaui. Ex libro Ecc̃last. cap. xxiiij. Sapientia loquitur hoc in loco: sed verba hẹc possunt accõmodari nostræ virgini. Quasi vitis. q̃ iõ alatinis parilema: & hispanis parra dicit: qa parit fructus suos. Fructus. i. pulchritudinis.

namreciproca translatio est pulchri pro honesto: & honesti pro pulchro. Mater dilectionis & timoris. quæ videtur contraria:neq; se inuicem pati. sed semper miscendus amor timori & timor amori:quia alter alterum moderatur. Et magnitudinis.in originali est agnitionis: quæ habetur per contemplationem. Sanctæ spei. scilicet beatitudinis futuræ. In me.verba sunt

sapientiæ. Trāsite adme. p cognitionē & amorē. A generationib9 meis.i. illuminationibus ad intelligendū. Spūs meus.i. degustatio meæ bonitatis & sapiētię. Hęreditas mea.quæ est vita æterna. Memoria mea. qa nusq̄ delebitur de mētib9 sanctoꝝ. Qui edūt me.i.gustāt me in hac vita. Esurient.s. in cœlo saturari. Non confundēt.s. in summi iudicis conspectu. Qui operant̄ in me.i. secūdum regulā doctrinæ meæ. Qui elucidāt me.sacram scripturam aliis exponendo.

audit me:non confundetur:qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam æternam habebunt.

In die assumptionis.Eccle. Cap̄.xxiiij.

IN omnibus requiem quæsiui:& in hęreditate domini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me;requieuit in tabernaculo meo.& dixit mihi. In Iacob inhabita: & in israel hæreditare:&in electis meis mitte radices. Ab initio & ante sæcula creata sum: & vsq; ad futurum sęculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministraui. & sic in sion firmata sum:&in ciuitate sanctificata similiter requieui; & in Ierusalem potestas mea:& radicaui in populo honorificato:& in partes dei mei hæreditas illius:& in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano:& quasi cypressus in monte sion. Quasi palma exaltata sum in Cades; & quasi plantatio rosæ in hierico. Quasi oliua speciosa in cāpis: & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

Decollatio sancti ioannis ad Hebæos. Capite.xi.

¶ In die assumptionis. IN omnibus requiem quęsiui.Ex libro eccl̄. cap̄. xxiiij. vbi legit̄. In his omnib9 requiem quęsiui.s.hominibus.qa dixit alibi: deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Requiem quęsiui. habitādo cum hominibus p gratiam. In hæreditate domini.i. in quibus habitabat domin9.&quos possidebat. Dixit mihi.i. id qđ sequit̄. Qui creauit me. filius qui est patris sapientia dicit de patre generante.nā hic creauit p genuit positū est. Tabernaculo meo. quia pater requiescit & complacuit sibi in filio. Et dixit mihi. pater dicit filio. In iacob inhabita. idest in populo christiano. Hæreditare. i. hæreditatem tuam fige. Mitte radices.i.fere & plāta. Ab initio & ante sæcula.hoc cęsum expositū est in festo Marię de niuibus:vsq; ad locum illū quasi cedrus.vbi

sapientia cõparat se rebus pulcherrimis. Cedrus. arbor cuius materia est odorifera. Libano. qui est mõs inter Palæstinã & Phœnicē. Cypressus in sion. monte quoq; Hierosolymæ coniunctus. Cades. non illa quæ est in deserto cognominata Baruç: sed alia quæ cecidit in fortē trib9 iuda. In Hierico. vrbe non longe ab hierosolymis. Quasi platanus. arbor dicta a foliorum latitudine nobis tamen ignota. In plateis. vbi huiusmodi odoramenta puta balsamum & myrrha venduntur.

FRatres. Sancti ludibria & verbera experti; insuper & vincula: & carceres. &c. vt supra.

Natiuitas Mariæ. Prouerb. Cap. viij.

DOminus possedit me in initio viarũ suarũ antequam quicquam faceret. &c. vt supra.

Exaltatio sanctę crucis. Beati Pauli ad Philippenses. Capite. ij.

CHristus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortē; mortē autem crucis. &c. vt supra.

Sancti Matthęi. Ezechielis prophetæ. Capite. i.

SImilitudo vultus quattuor animalium. facies hominis & facies leonis a dextris. &c. vt supra.

Michaelis archangeli. Lectio libri Apocalypsi. Ioãnis apostoli. Cap. i.

IN dieb9 illis. Significauit deus quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo suo Ioanni: qui testimoniũ perhibuit verbo dei; & testimonium iesu christi: quæcunq; vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ scripta sunt Tempus enim prope est. Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo q est; & qui erat

¶ In festo decollationis Ioannis baptistę.

SAncti ludibria & verbera. Ex epistola ad Hebręos. cap. xi. iam exposita est in festo Fabiani & Sebastiani.

¶ In natiuitate beatę Marię virginis.

DOminus possedit me. Iam exposita est in festo cõceptionis eiusdem deiparę virginis.

¶ In festo exaltationis sancte crucis.

CHristus factus est p nobis obediens. Ex epistola ad philippeñ. cap. ij. sed iã exposita est sup in dñica q inscribit in ramis palmarũ.

¶ In festo sancti Matthęi.

SImilitudo vultus q̃tuor animalium. iam exposita est in festo Marci euangelistę.

¶ In festo sancti Michaelis archangeli.

SIgnificauit de9 quę oportet. Ex apocalypsi Ioãnis cap. i. nam sic incipitur liber ille. Apocal. Iesu xpi: quã dedit illi deus palã facere seruis suis: quæ oportet fieri cito: & significauit mittēs p angelũ suũ seruo suo Ioãni. Sed cõcionator siue cõcinnator mutauit ordinē: & pauca v̄ba dicēs. Significauit de9. i. q̃dã signa oñdit. Quę oportet fieri. .d. ijs q ad statũ eccl'ię futurũ ptinēt. Per ãgelũ suũ. s. Michaelē. vt fecit offici hui9 cõcinnator. Testimoniũ phibuit i pricipio sui euãgelij.

Quæcunque vidit. nam pro familiaritate omnibus interfuit. Prope est. vt omnia compleant quæ. hic sunt scripta. Gratia & pax salutationis epistolaris verba sunt. Ab eo qui. a quo mittitur salus. Qui erat & venturus est. per hoc dei æternitas designatur. A septem spiritibus. idest ab vniuersitate angelorum. Paternæ gloriæ. vt patet in toto euangelij discursu. Primogenitus mortuorum. qui ab apostolo Paulo dicitur primicię dormientiũ. Princeps regum terræ. quia illi est data omnis potestas in cœlo & in terra. Matthei vltimo.



In vigilia omniũ sctõrum.

Ecce ego Ioannes vidi. Ex apocalypsi Ioãnis. capite. v. In originali habetur: & vidi: & ecce in medio throni. Agnum. idest christũ in medio ecclesiarũ. Tanquam occisum. quia cotidie in ecclesijs immolatur. Cornua septem. idest septẽ potestates quas etiã spiritus septem dixit propter septem dona. Missi in omnem terram. idest in omnes homines. Et venit. s. agnus. Cũ aperuisset librum. ad reuelandũ futurum ecclesiæ statũ. Ceciderunt. adorantes agnũ. Citharas & phialas. per quas (vt ipse exponit) significãtur orationes sanctorum. Canticũ nouum. i. testamentũ nouum pertinens. Deo nr̃o regnũ. idest regni participes. Sacerdotes. s. hostias laudis deo offerentes. Super terrã. i. in cœlo. Millia millium. i. decies centũ millia. sic in Daniele. i millia millium ministrabãt ei. Virtutẽ & diuinitatẽ. & c. oĩa ista xp̃s habuit ante passionem pter corporis glorificationẽ.

& qui venturus est; & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt: & a Iesu christo q est testis fidelis primogenitus mortuorum; & princeps regum terræ: q dilexit nos: & lauit nos a pctĩs nr̃is in sãguine suo.

In vigilia omnium sanctorum. Apocalypsis Ioannis apl̃i. Cap. v.

Ecce ego Ioãnes vidi in medio throni & quattuor animalium; & in medio seniorum agnum stãtem tanq̃ occisum habentem cornua septem; & oculos septem; qui sunt septẽ spiritus dei: missi in omnem terram. Et venit & accepit de dextera sedẽtis in throno librũ: & cũ aperuisset librum: quattuor animalia & viginti quattuor seniores ceciderũt corã agno habẽtes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramẽtorũ: q̃ sunt orõnes sanctorum: & cantabãt canticum nouum: dicentes. Dignus es domine accipere librum: & aperire signacula eius; quoniam occisus es: & redemisti nos deo in sanguine tuo ex om̃i tribu: & lingua: & populo: & natione: & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes: & regnabimus super terram. Et vidi & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni; & animalium & seniorum; & erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna. Dignus est agnus q occisus est accipere virtutem; & diuinitatem: & sapientiã; & fortitudinẽ; & honorẽ; & gloriã; & benedictionem in sæcula seculorum. Amen.

In die. Lectio apocalyp. Ioãnis Apostoli. Capite.vij.

ECce ego Ioannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis. habẽtem signum dei viui: & clamauit voce magna quattuor angelis: quibus datum est nocere terræ & mari: dicẽs. Nolite nocere terræ & mari: neq; arborib⁹; quo adusq; signemus seruos dei nostri in frõtibus eorum. & & audiui numerum signatorum centũ quadraginta quattuor millia signati: ex om̃i tribu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodecim millia signati. Ex tribu rubẽ: duodecim millia signati. Ex tribu gad: duodecim millia sinati. Ex tribu asser: duodecim millia signati. Ex tribu neptalim. duodecim millia signati. Ex tribu manasse: duodecim millia signati. Ex tribu simeon: duodecim millia signati. Ex tribu leui: duodecim millia signati. Ex tribu isachar: duodecim millia signati. Ex tribu zabulon: duodecim millia signati. Ex tribu ioseph: duodecim millia signati. Ex tribu beniamin: duodecim millia signati. Post hęc vidi turbam magnã: quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus; & tribubus & populis & linguis: stantes ante thronum & in cõspectu agni amicti stolis albis: & palmæ in manibus eorũ. & clamabãt voce magna; dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronum & agno. & omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quattuor animaliũ. & ceciderunt in conspectu throni in facies suas: & adorauerunt dominum: dicentes amen. Benedictio & claritas & sapientia & gratiarũactio: honor: virt⁹: & fortitudo deo nr̃o in sæcula sæculorum. Amẽ.

¶ In die omniũ sanctorũ.

ECce ego Ioannes vidi alterum angelũ. Ex apocalypsi Ioãnis cap. vij. per hunc Angelum intelligitur Constãtin⁹ imperator. Signũ dei viui. idest crucem, in qua Maxentium imperij æmulum superauit. nã anteq; cum hoste confligeret: vidit in cœlo crucẽ atq; angelum dicentẽ sibi. Constantine in hoc signo vinces. Nocere terræ & mari. idest christianis habitantibus orbem terræ: & insulis adiacẽtib⁹. Et audiui numerum signatorũ. Ex vna quaq; tribu (hoc est filiorũ Iacob) erant duodecim millia signatorum: & quia duodecim erãt filij: excrescit summa centum quadraginta quattuor milliũ. nam duodecies duodecim mille eãdem summam reddit. Ex tribu iuda. Qui & si quart⁹ fuit in ordine nascẽdi: prim⁹ ponitur hoc ĩ loco. quia ex hoc pendet christi genealogia. Cætera patent vsq; ad locum illum. Vidi turbam magnam. scilicet martyrum. Amicti stolis albis. propter animæ gloriam. Palmæ in manibus. q̃ sunt insignia victoriæ. Alia patẽt.

¶ In festo Facundi & Primitiui.

Facundi & Primitiui. Lectio ad Corĩn. ij. Cap. i.

Benedictus deus & pater domini. Ex epistola secunda ad Corinthios cap. i. & est initium epistolæ post salutationem positam. Benedict9 deus. modus est agendi gratias deo. Pater misericordiarum. i. auferens a nobis omnem miseriam. Possimus ipsi consolari. scilicet verbo & exemplo: Per exhortationē, proponēdo eis præmium æternum. Exhortamur. ex deponēti verbo fecit cōmune. Passiones christi. idest tribulationes quæ in xp̄i capite inceperūt. In nobis. s. apl'is ad quos q̄si a capite sunt deriuatæ. Pro vestra exhortatiōe & salute: totū hoc accedit ad vtilitatē vestrā. Siue cōsolamur. s. a deo: & hoc q̄q; accedit ad cōsolationē vrām.

FRatres. Benedictus deus & pater dn̄i nostri iesu christi: pater misericordiarū & deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possim9 & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationē qua exhortamur: & ipsi a deo. Quoniā sicut abundāt passiones christi in nobis: ita & p christum abūdat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur pro vestra exhortatione & salute: siue cōsolamur pro vestra consolatione; siue exhortamur, p vestra exhortatione & salute: quæ operatur tolerantiā earundem passionum: quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis. Scientes quoniam sicut socij passionū estis: sic eritis & cōsolatiōis. In xp̄o Iesu dn̄o nr̄o.

¶ In festo plurimarū vg.

DE virginibus præceptū non habeo. Ex prima ad Corinthios epistola cap. vij. vbi posteaq; agit de matrimonio: dat consilium de virginibus: dicens q̄d nō habet a deo præceptū quod de necessitate salutis sit virginitas. Consilium do. quia virginitas præponitur nuptijs: & semper meliora sunt appetenda. Misericordiam consecutus. vnde habeo consilium dandi autoritatem. Hoc bonum esse. scilicet virginitatem. & posuit bonū p optimū. Propter necessitatē. quæ manet ducentibus vxorem. Noli quærere. s. vxorem (si modo potes continere te) quod est meli9 q̄ matrimoniū: sicut virginitas: quam continentia. Tribulationē carnis. q̄a sunt i anxietate matrimonio coniūcti. Vobis p̄co. i. p̄mitto vobis: vt possitis ducere vxores.

In natali plurimarum virginū.

Ad Corinthios. i. Cap. vij.

FRatres. De virginibus præceptum domini non habeo: consiliū autem do: tanquam misericordiam consecutus a domino: vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori: noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem: non peccasti. Et si nupserit virgo: non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hęc itaq; dico fratres: tēpus breue ē: Reliquū est: vt & q habēt vxores: tanq̄ nō habētes sint: & qui flent: tanq̄ non flentes. & qui gaudent: tanq̄ non gaudētes. Et qui

Tanquam non habentes.idest non intenti sint rebus mundi: sed spirituali ter viuant. Qui flent.in onere matrimonij.Non flentes. idest patienter fe-rendo:& sic de alijs.Diuisus est.seruiens mundo & deo.Innupta.idest co-tinens vidua.Virgo quę non nupsit.

emunt;tanquã non possidentes.Et qui vtũ tur hoc mũdo;tanquam non vtantur.Præ-terit enim figura huius mundi.Volo autẽ vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est; solicit⁹ est quę domini sunt; quomodo placeat deo.Qui autem cum vxore est;so-licitus est quæ sunt mundi:quomodo pla-ceat vxori;& diuisus est.Et mulier innupta & virgo:cogitat quæ domini sunt;vt sit san cta corpore & spiritu.

De Trinitate. Ad Corin-
thios.ij.Capite.xiij.

FRatres. In domino gaudete: perfecti estote: exhortamini:idem sapite; pacẽ habete;& deus pacis & dilectionis erit vo-biscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri iesu christi:& charitas dei:& commu nicatio sancti spiritus sit cum omnibus vo-bis amen In christo iesu domino nostro.

De angelis.Lectio libri Apocalyp.
Ioannis apostoli. Capite.xix.

IN diebus illis. Dixit mihi angelus. Scri-be. Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hæc verba dei vera sunt. Et cecidi ad pedes eius: vt ado-rarem eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum;& fratrum tuo-rum habentium testimonium Iesu.Deum adora.

Sancti spiritus. Actuum apo-
stolorum. Capite.viij.

¶In festo trinitatis.

IN domino gaudete. Ex epistola ad Corin thios.ij.capite.xiij.In originali habetur.de cę-tero fratres gaudete. & est clausula eiusdem epi-stolæ.in qua consolatur persistentes in doctrina fidei. Gaudete.quod est propriũ illorum qui be-ne agũt. Exhortamini.i. inuicem vos ad bene agẽ dum excitate. Idem sa-pite.idest de domino sen tite. Pacem habete.quã domin⁹ nos habere prę-cipit. Osculo sancto.qđ est signum vnionis siue vnanimitatis. Oẽs san cti. scilicet qui sunt me-cum. Gratia domini.de qua Ioannis primo. Ple nus gratia & veritate. Charitas dei. scilicet pa-tris: qui est principium amoris.Communicatio sancti spiritus. quia per ipsum fit omniũ bono-rum cõmunicatio.

¶De angelis.

DIxit mihi angel⁹: scribe. Ex aposto li Ioannis Apoca lypsi.capite.xix. Scribe. subaudi ad futuram rei memoriam nota. Voca-ti sunt. per fidẽ charita-te informatã. Vera sunt. q̃a nihil falsum a deo ꝓ-cedit. Vide ne feceris. nõ ꝑmittit angel⁹ se ado rari ab homine cuius na turam verbum diuinũ assumpsit. Deum adora. nõ angelum:scilicet.

¶In festo sancti spiritus.

CVm audissent apostoli qui erant hierosolymis. Iam supra exposita est feria tertia post festum pentecostes.

¶In festo sanctę crucis.

CHristus factus est pro nobis obediens. Iam exposita est supra in dominica i ramis palmarum.

¶Pro postulanda pace.

NOlite esse prudentes apud vosmetipsos. Ex epistola ad Romanos cap. xij. In quo romanos monet ne sint imprudentes arrogādo sibi virtutes quas nō habent. Apud vosmetipsos. idest nō reuera: sed opinione vestra. Nō malum pro malo. hoc iubet christiana religio. Defendentes. idest resistētes volentibus vos offendere. Scriptū est Deut. xxxij. Mihi vindictam. subaudi relinquite. Ego retribuā: idest vlciscar quod in vos fuerit cōmissum. Carbones ignis. quoniā ex inimico facies illum tibi amicum. Vinci a malo. idest incidere in illius odium. Sed vince in bono malum. i. in tentationes impellentes ad iram. q̄ est vindictę appetitus.

¶Pro cōgregatione.

SVccincti lumbos mētis vestræ. Ex prima Petri epistola. cap. i. In quo apostolus regeneratos inducit ad castitatem & mundiciam. Succincti lūbos. idest casti corpore & mēte. Sobrij. victu & vestitu. Perfecti in omni virtute. Gratia. per quā speratis gloriā. In reuelationē. idest per reuelationem. Obediens

IN diebus illis. Cū audissent apostoli qui erant in hierosolymis; qa rece. &c. vt sup.

Sanctæ crucis. Lectio Pauli ad Philippenses. Cap. ij.

FRatres. Christus factus est pro nobis obediēs vsq₃ ad mortem: mortem autem crucis. &c. vt supra.

Pro postulanda pace. Lectio ad Romanos. Capite. xij.

FRatres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes; prouidentes bona non tantum corā deo; sed etiā corā omib⁹ hominibus. Si fieri potest q̄ ex vobis est; cum omnib⁹ hominibus pacem habentes. Nō vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi vindictam & ego retribuam: dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus; ciba illum: si sitit potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci a malo; sed vince in bono malum.

Pro congregatione. Lectio beati Petri. apostoli. i. Capite. i.

CHarissimi. Succincti lumbos mētis vestræ: sobrij: perfecti: sperate in eā quæ offertur vobis gratiam in reuelationē Iesu xp̄i quasi filij obediētiæ: nō cōfigurati priorib⁹ ignorātiæ vr̄æ desiderijs: sed scd̄m eū q vocauit vos sc̄tm̄; vt & ipsi sancti in oīni cōuersatiōe sitis. Q̄m̄ scriptū est. Sancti eritis: q̄m̄ ego sanctus sum: dn̄s deus vester.

tiæ. in obseruatione legis. Non configurati. idest conformati. Sanctum .s. deū. Sācti sitis. idest sanctitatis illi9 immitatores. Scriptū est. Leuitici. xix.

¶Pro familiaribus.

SI preoccupatus fuerit homo. Ex epistola ad Galatas cap̄. vi. In quo inducit illos ad pacientiam & mutuam tollerantiam. Præoccupatus. aliqua pturbatione animi. Qui spirituales. i. sapiētiores. Spiritu lenitatis. reducendo ad mansuetudinem. Considerans teipsum. idest propriā fragilitatem. Tu tenteris. i. in similē pturbationē incidas. Alter alteri9 onera. i. īfirmitates mutuo sufferendo.

Pro familiaribus. Lectio Pauli ad Galatas. Capite. vi.

FRatres. Si præoccupat9 fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spūales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum; ne & tu tēteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem christi.

Pro quacūq; tribulatione. Lectio Hieremiæ pphetæ. Cap̄. xiiij.

SI iniquitates nostræ contēderint contra nos dñe: libera nos quæsumus: fac propter nomen tuū: qm̄ multæ sunt auersiōes nostræ: Tibi peccauimus expectatio israel: saluator noster in tempore tribulationis; Tu autē in nobis es domine: & nomen sanctū tuū inuocatū est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster.

Pro pluuia. Lctō libri Leuitici. Cap̄. xxvi.

IN dieb9 illis. Dixit dñs ad Moisen. Si in pceptis meis ambulaueritis. &c. vt sup̄.

Pro sacerdote. Beati Pauli ad Timotheum. i. Capite. i.

CHarissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus; quia christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere; quorū prim9 ego sum. Sed iō misericordiā cōsecutus sum: vt in me primū ostēderet oēm patientiā: ad informationē eorū qui credituri sunt illi in vitā æternā. Regi aūt seculorum immortali inuisibili: soli deo honor & gloria in sæcula seculorꝝ. Amē.

¶Pro tribulatione quacunq;.

SI iniquitates nostræ contēderint. Ex Hieremia propheta capite. xiiij. deprecatio est prophetæ populo condolentis. Contenderint. idest fuerint contra nos. Fac propter nomē tuū. idest secundū tuam misericordiam. Auersiones. scilicet a te: siue a via recta sicut cōuersio est ad deum & viam rectam. Expectatio israel. idest in quo solo habem9 oēm spem nostram. & paucis verbis interpositis subdit. Tu autem in nobis es domine. hoc dicit: qa in tēplo erat propiciatorium: quasi dei sedes.

¶Pro pluuia.

DIxit dñs ad Moisen. Si in pceptis meis. Ex leuitico. cap̄. xxvi. Iam exposita est in vigilia trinitatis.

¶Pro sacerdote.

FIdelis sermo & oī acceptiōe. i. ad Timotheū cap̄. i. Fi

delis sermo. idest verus & dignus. Acceptione. i. qui ab audictibus accipiatur. & subdit sermonem. Ego primus. ex persecutore factus apostolus. Ostenderet patientiam. reuocando me ab actu persequendi. Qui credituri sunt. vt nemo desperet ex peccatis reduci posse ad gratiã: propter quod agens gratias: concludit. Regi seculorum. &c.

¶ Pro auertenda pestilentia.

IMmisit dominus pestilentiam. Ex secundo Regũ capite. xxiiij. In quo ponitur pestilentia quam immisit dominus in israel: propter peccatum Dauid: quod iussit populo numerari. Ad tempus constitutum a deo. a Dan vsq; ad Bersabee qui erant termini longitudinis iudeæ. Aream areuna Iebusei. quia hic areuna non erat iudæus: sed Iebuseus. i. ex illorum genere qui ante regnum Dauid habitabant Ierusalẽ: qui alio nomine vocabatur Ornan. Gad propheta. quia tẽpore regni Dauid prophetabat.

¶ Contra ecclesię persecutores.

MIserere nr̃i deus omnium. Ex Ecclesiast. libro capite. xxxvi. In quo ponitur oratio auctoris huius operis: & potest esse oratio prelati cuiuscũq; specialiter. dicens. Miserere nostri deus omniũ. per creationem. Respice nos. qui sumus populus tu9 peculiaris. Lucem. idest consolationẽ in tenebris nostrarũ retributionũ. Immitte timorẽ tuũ. actiue pro terrorẽ. Magnalia tua. q̃ fecisti ꝓ nobis cõtra illos. Alleua

Pro auertenda epidimia. Lectio Regum. ij. Capite. xxiiij.

IN diebus illis, Immisit dominus pestilentiam in israel de mane vsq; ad tẽpus constitutum; mortui sunt a Dan vsq; ad Bersabee septuaginta millia virorũ. Cumq; extendisset manum suam angelus domini super Ierusalem; vt disperderet eam: misertus est domin9 super afflictionem eorum. Et dixit angelo percutienti populum: sufficit: nunc contine manum tuam. Erat autem angelus domini stans super areã areuna Iebusei. Dixitq; Dauid ad dominum: cum vidisset angelum percutientem populum. Ego sum qui peccaui: & qui inique egi; isti qui oues sunt quid fecerunt? Obsecro te domine vt auertatur manus tua contra me: & contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta Dñi ad Dauid in die illa. Et dixit ei. Ascẽde; & construe altare domino in area areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad: quem præceperat dominus omnipotens.

Contra persecutores ecclesię. Ecclesiastici. Capite. xxxvi.

MIserere de9 omnium: & respice nos: & ostende nobis lucem miserationum tuarum: & immitte timorem tuum super gẽtes quæ nõ exquisierũt te; vt cognoscant quia non est deus nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas; vt videant potentiam tuam.

manum. ꝑ graua. nã qui tacit telum vt ferat: manũ elleuat: deinde grauat. Sanctificatus in nobis. colentibus te: quem illi blasphemant. Magnificaberis in eis. idest laudaberis: quia illos nobis subijcies. Vt cognoscãt te. ostendendo fauorem tuũ pro nobis cõtra illos. In noua signa. scilicet quæ fecisti pro nobis cõtra ægyptios. Immuta mirabilia. vnum post aliud signum faciẽdo. Magnifica manũ. idest irã tuã in illos mõstra. Extolle aduersariũ. idest extra fines nostros pone. Festina tẽpus. illorũ punitionis: & nostrę liberationis. Finis. s. a te cõstituti & promissi de aduentu messię.

Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te sicut & nos cognouimus: quoniam nõ est deus præter te domine. Innoua signa; & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachiũ dextrũ. Excita furorem: & effunde iram. Extolle aduersarium; & affige inimicum. Festina tempus; & memento finis: vt enarrent mirabilia tua domine deus noster.

Pro infirmis. Lectio Iacobi apostoli. Capite. v.

CHarissimi. Tristatur aliquis vestrum? oret æquo animo & psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat pręsbyteros ecclesiæ & orent super eum: vngẽtes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus. Et si in peccatis sit; dimittetur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra; & orate pro inuicem; vt saluemini.

Pro defunctis. Lectio libri Apocaly. Ioannis apostoli. Capite. xiiij.

IN diebus illis. Audiui vocem de cœlo dicẽtem mihi. Scribe: beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Lectio libri Machabeorum. ij. Capite. xij.

¶ Pro infirmis.

TRistat aliquis vestrũ? Ex epistola Iacobi capite. v. Tristat. i. est in tristicia: aut in morbo? Oret ęquo animo. idest trãquillo & hilari. Psallat. canet & non solũ oret. Infirmat. morbo i quo dubitatur de vita. Vnguentes. hinc potissimum habet originem vnctionis sacramẽtũ. Alleuiabit. nisi aliud expediret potiꝰ infirmo quod solus deus scit. In peccatis. s. venialibus. Cõfitemini. hinc quoq; institutũ est cõfessionis & pœnitẽtiæ sacramẽtũ.

¶ Pro defunctis.

AVdiui vocẽ de cœlo. Ex Apocalyp. Ioannis cap. xiiij. In quo arguitur de pręmio illorũ qui in martyrio aut cõfessione domini moriuntur. Scribe. de re notabili & diu ꝑmãsura hoc dici solet. Amodo. i. iam siue cito: vt sit amodo: q̃si ad modicum. Spiritus sanctus. cum patre & filio quorũ est nexus. A laboribus suis. &

fruantur æterna quiete. Opera illorum. i. merces suorum operum: quemadmodum & malorum operũ suos autores. Vergilius. quisq; suos patimur manes. ¶ Alia pro defunctis.

VIr fortissimus iudas collatione facta. Ex. ij. Machabeorum capit. xij. In quo manifeste ostenditur resurrectionis spes: & quod eleemosyna facta pro mortuis mirũ in mondũ illis ꝓdest. Iudas. cognomẽto Macchabeus: quod interpretatur pugnator: hebraice asmonai. Collatione facta. ex ea pecunia quæ quisq; contulit. Drachmas argẽti. drachma genus monetę quod appendit sextãdecimam partem vncię, hoc est dimidiũ nostri nummi argẽti. Mortuorũ. qui in bello ceciderãt quod gestũ est cũ ducibus antiochi. Cũ pietate. i. pro religione. Optimam gratiã. i. mercedem.

¶ Alia pro defunctis.

NOlum9 vos ignorare de dormientib9. Ex epistola ad Thessalo. i. cap. iiij. In q̃ eos reprehẽdit. qui mortuos nimis lugent: cũ sit omnibus resurgẽdi spes q bene sentiũt de religione. Spẽ nõ habẽt. s. resurgẽdi. Si credimus. hoc argumẽto sæpe vtit Paulus ad probandũ resurrectionẽ: q̃d xp̃s. s. resurrexit. Q d si nos credim9: & resurrectionẽ quoq; credem9. Adducet cũ eo. ad vitã immortalem. In v̄bo dñi. i. ex parte dñi q nobis hoc reuelauit. Residui sumus. a patribus nr̃is iã mortuis. Nõ p̄uenicm9. quia oẽs simul resurgemus. In iussu. idest iubendo his verbis.

IN diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta; duodecim millia drachmas argenti misit hierosolymam: offerri eas ibi pro peccatis mortuorum; iuste & religiose de resurrectione cogitãs. Nisi enim eos qui ceciderãt resurrecturos speraret; superfluũ videretur & vanum orare ꝓ mortuis. Sed quia cõsiderabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionem acceperant; optimam haberẽt repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare; vt a peccatis soluantur.

Lectio beati pauli ad Thessalonicenses. i. Capite. iiij.

FRatres. Nolumus vos ignorare de dormientibus; vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus ꝙ iesus mortuus est & resurrexit; ita & deus eos q dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc eñ vobis dicim9 in verbo domini quia nos qui viuimus; qui residui sumus in aduentu domini non præuenimus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in visu; & in voce archangeli; & in tuba dei descendet de cœlo; & mortui qui in Christo sunt; resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur; simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera; & sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in vobis istis.

Surgite mortui venite ad iudicium. Archãgeli. scilicet Michaelis. In tuba. quæ vox erit quasi tubæ cuiusdã quæ ad omnes perueniet. Mortui in christo. idest qui crediderũt. Resurgent primi. respectu nostrum qui viuim9 in illius fide, Qui relinquimur. s. in vita. Rapiemur cũ illis. sentire videtur apostolus. ꝙ illi qui in die iudicij viuent; nõ morientur: sed cũ suscitatis rapiẽt. Obuiã xp̃o: veniẽte ad iudiciũ. Cõsolami. i. in hac solicitudine mortuorꝶ: cõsolamini vos inuicẽ cũ spe resurrectiõis.

Beati Pauli ad Corĩ. i. Cap̃. xv.

FRatres. Christus resurrexit a mortuis primiciæ dormientium. Quoniã quidem &c. vt supra.

Beati Pauli ad Corĩ. i. Cap̃. xv.

FRatres. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus; sed nõ omnes immutabibur. In momento; in ictu oculi; in nouissima tuba. Canet enim tuba; & mortui resurgent in corrupti; & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem; & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum aũt corruptibile hoc induerit incorruptionẽ; & mortale hoc induerit immortalitatẽ; tũc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autẽ mortis; peccatũ est. Virtus vero peccati; lex. Deo autem gratias: qui dedit nobis victoriam; Per iesum christum dominum nostrum.

¶Alia pro defunctis.

CHristus resurrexit a mortuis. Ex prima ad corinthios epistola. cap̃. xv. Exposita est Feria quarta post dominicam in albis.

¶Alia pro defunctis.

ECce mysterium vobis dico. Ex epistola prima ad Corinthios capite. xv. In quo agitur de mysterio resurrectiõis. Ecce mysteriũ. idest rem magnam, atq; ad intelligendum difficilem. Omẽs. idest boni & mali. Non omnes immutabimur. de statu scilicet corporalitatis & sp̃ualitatis per dotes corporis. In momento. s. fiet resurrectio. In ictu oculi. i. in instanti. s. quo clauditur aut aperitur oculus. In nouissima tuba. idest voce quã dicet christus, surgite mortui. Incorrupti. idest sine membrorum diminutione. Et nos immutabimur. scilicet de corruptione ad immortalitatem. Corruptibile hoc. idest naturam humanam resurgere incorruptibilem. Induere immortalitatem. idest in meliorem statum mutationem. Sermo qui scriptus est. Oseæ. iiij. Absorta est mors in victoria. in hebręo ero mors tua o mors. Vbi est mors victoria tua? qua prosternebas oẽs. quasi dicat: nusq̃; erit. Stimulus tuus. i. peccatũ qđ erat mortis causa. Virtus peccati lex. quia peccatum magis viguit ex lege. dando. s. peccandi occasionem. Deo autem gratias. s. agamus.

¶FINIS.

EXPLICIVNTVR
EPISTOLAE BEATORVM

Pauli; Petri; Iacobi; & Ioannis. Atq; etiam ex
Prophetis quæ in eccleſia per anni circulum
cantãtur; non incurioſe caſtigatę; punctę;
diſpunctæ: & ad ipſum Antonij
Nebriſſeñ. protypum redactę.
Nũc demũ apud Inclytã
Garnatã typicę ex
cuſſioni traditę.
Idus Iunij. Ann. M. D. XXXV.


Ad Lectorem.

Lector habes Pauli ſubtilia dogmata ſancti;
Qui vas electum religione fuit.
Numina trina dei qui raptus in æthera vidit;
Suſtinet eccleſiæ culmina fortis Atlas.
Pagina ſacra licet antiqua volumina iactet;
Hoc velut in cunctis lucida gemma nitet.
Fundamenta iecit fidei certiſſima; ſummum
Præbet ei chriſti bibliotheca locum.



EXHORTATIO

Tendit iter durum ad magni palatia Regis,



Quod facile; heu tristes ad Phlegetontis aquas.

AD VIRTVTEM.

Præclusa est nulli Virtus, patet omnibus, aurum
Aut donum; aut censum; quęrit & illa minus.
Ast homine est nudo tantum contenta, volenti
Ergo nec durum cuilibet esse bono.

